



Dissertatio juridica inauguralis de privilegio Hamburgensium de non-appellando

<https://hdl.handle.net/1874/343283>

39.

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE

Privilegio Hamburgensium De Non-Appellando.

^{QVAM}
SUB AUSPICIO SUMMI NUMINIS
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JOANNIS GEORGII GRAEVII

Politices, Eloquentiae, & Historiarum Professo-
ris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimaeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*


PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
rite ac legitimè consequendis,

Publico examini subjicit.

WILHELMUS SCHROEDER HAMBURG,

Ad diem 2. Decemb. hora locoque solito.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clc Ioc xc.

D I S S E R T A T I O N E
I N D E G R A V I Z
D E

P R I V I L E G I O H I M P U N D E R H I M
D E N O N A P P E H I N D C

J O A N N I S G E O R G I I C R A E M I

P o l i c e r , B i o d u c t i o n e s & H i s t o r i c u m - P r o c e s s u s
L e g i s l a t i o n e s & C o n v e n t i o n e s
L e g i s l a t i o n e s & C o n v e n t i o n e s
P R O C R A P U D E C T O R A T U S D i m e n
S u m m a r i o p r o p r i a t o r i a l u r e h o m e n & f i n a n c i a l e s
S u m m a r i o p r o p r i a t o r i a l u r e h o m e n & f i n a n c i a l e s

M I C H I E L I S S E S C U I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

A C T U A L I T Y S C H E I D E R H I M F A K S A M P

T R A C T A T I O N E R H I M F A K S A M P
E x O f f i c i a l F u n c t i o n H I M F A K S A M P
T h e o g r a p h y , c o l l e c t i o n

PRO O E M I U M.



Iqua Imperiales inter liberas Civitates Imperio & Imperatoribus suam a primis quasi incunabulis ope & auxilio comprobavit fidelitatem, certè Hamburgum, dulcissima Patria, est. Nec pro affectu hic loquor, sed ex vero. Et ne suspectum hoc testimonium meum, quasi domesticum, videatur, ad tot eximia ipsi, ob bene merita, ab Imperatoribus subinde concessa Privilegia provoco.

Ut autem è pluribus pauca, pro instituti ratione, huc referam, neminem puto latebit egregium illud ab Imperatore Friderico I. impetratum Privilegium, quo Civitati huic non piscaturam saltem in Albi flumine ad duo milliaria ex utraque urbis parte concessit, sed & constituit, ut Mercatoribus Hamburgensibus una cum mercibus suis & navibus, absque telonio à mari usque ad Civitatem liberè navigare liceat: quam liberam in Albi navigationem contra Regem Daniae hoc usque eam asseruisse ex Stypmanno de Jur. Naut. C. 9. n. 9. probat Joh. Theod. Sprengerus in Inst. Jur. Publ. L. 3. C. 33. p. m. 505. Caterasque ei, cum quibus ea de causa antea litigasset, civitates sponte illam, reservato saltem petitorio, cessisse, idem testatur. Imo non libera solum Hamburgensibus in Albi navigatio, sed & jus exigendi vettigalia ab omnibus navibus, Hamburgum præterreniibus, competit; in cuius tamen compensationem Magistratus tenetur cadus in Albi a Civitate usque ad mare ponere, eoque sarta ielta servare. Cum autem tempore Ottonis Ducis Luneburgensis Albus fluvius è regione hujus Ducatus digressionem faceret, alvemque mutaret seu potius extenderet, jam dictus Dux Otto novum ibi vettigal instituere & sic per consequens jus, quod solum Hamburgensibus comperebat, quodque longissimo & hominum memoria excedente tempore quiete posse derant, turbare & infringere ausus est. Et quanguam pro coloranda Luneburgensem causa dici velit; quod iste rivus dictus dicitur Elbe / ad Ducatum Luneburgensem pertineat, & ita Ottonem jure fecisse, cum unicuique Principum in suo territorio vettigalia instituere liceat: in aperto tamen est & ante omnium oculos positum, quod iste rivus neque originem neque exum proprium habeat, atque sic non novus sit fluvius, sed vetus flumen mansisse, licet in aliqua sui parte sit

divijum. Posito autem non concessso, quod iste r̄ivus ad Ducatum Luneburgensem pertineat, non tamen permisum est, sine speciali indulitu Imperatoris, vectigalia imponere, per l. vectigalia 2. & l. non solet. 3. & tot tit. C. vectig. nov. inst. non posse it. l. vectigalia 10. ff. de Publ. & vectigal. Jus enim vectigalium imponendorum spectat ad solum Principem h. e. Imperatorem. Et quamvis hic excipiatur, quod subditus Ducatus Luneburgensis etiam sint privilegiati, ita ut ipsis frumentum in flumine die Suder Elbe dicto, devehere liceat; atque sic quoque Duci Luneburgico jus sit, subditorum navibus vectigalia imponere: hocce tamen Privilegium Hamburgensibus nondum innotuit, ergo prius probandum. Ponamus autem tale Privilegium adeſe, hoc tamen ita intelligi & exaudiri debet, salvo jure tertii quæſio pro ut est textus in C. fuggelſum, de decimis. facit quoque l. quotiens, & quæ ibi notantur. C. de precib. Imper. Offer. unde & ibi Bartol. notat. quod beneficia Principium debeant concedi sine gravi alterius injuria. Nam omnes confirmationes Rescripta & Privilegia etiam summi Principis, ut Papa vel Imperatoris, intelliguntur concessa cura cujusque injuriam seve prejudicium per text. in l. 2. §. merito. 10. & §. si quis à Principe 16. ff. ne quid in loco publ. Imo privilegium, ex postfacto nocivum esse incipiens tertio, revocatur etiam à judice inferiore, quando de causa revocatoria constat, & etiam per Principem concedentem, si de causa revocatoria non constaret; nec debet Privilegium, quod incipit enorimter ledere, ad moderationem reduci, sed in totum revocatur per supra dicta & alia jura vulgata. Princeps enim tametsi supremus & solius legibus positivis sit, per suam tamen gratiam nunquam presumitur alteri ius quæſitum auferre, quin potius legibus vivere, maximè cum non Civilis tantum, sed & Naturalis, imo Divini juris dictamen sit, suum cuique tribuere, alterum non ledere. §. 3. Inst. de J. & J. I. digna vox 4. C. de LL. facit. c. quamvis de rescriptis in 6. Præterea licet nullæ alia adessent rationes, hac tamen sola sufficere posset, quod Privilegium illud nunquam in usum deductum sit, sed Civitas Hamburgensis semper & omni tempore ius prohibendi devectionem frumenti & aliarum rerum in Albi flumine habuerit, adeò ut si Privilegium aliquod Luneburgenses habuissent, hac immemoriali præscriptione, jam dudum iterum effet sublatum. Certum enim est, quod Privilegium iterum per non-usum amittatur, ei que per contrarium usum temporis legitimè ac à jure requisiti præscribatur. per text. in C. si de terra X. d. Privileg. & excessi. Privilegiat. l. 32. & 39. ff. d. Legib. Eo enim ipso, quod privilegiatus concessso sibi privilegio,

gio, non utitur, & per alios in contrarium fieri patitur, videtur juri suo renunciasse, arg. I. ult. ff. de servitut. I. 10. ff. si servit. vind. juri autem pro se introducto quilibet renunciare potest. per d. C. si deterra, & l. si quis in conscribendo 51. C. de Episc. & Cler. & l. si quis in conscribendo 29. C. de Paetis cum similib. Pluribus quidem hec deduci possent, sicuti etiam deducta sunt in scripto quodam Consilio quod mihi, Vir Nobilissimus atque Excellentissimus Dn. D. Gotofredus Barthius Procurus Lipsiensum Celeberrimus, Praeceptor, Hospes ac Patronus meus nunquam satis devenerandus, communicavi: Verum enim vero ne falcam in alienam messem mittere, aut me illius causa judicem aut arbitrum constituisse videar, ultimam illius analysi & decisionem superioribus relinquo. Proximum ab his Nundinarum ab Imperatore Carolo IV. ei indulatum Privilegium est, quo sub pena mille marcarum auri violare aut quovis modo impedire advenientes vel recedentes Advenas interdictum legitur apud Linnæum P. 3. lib. 7. c. 23. n. 11. Preterea jure etiam Stapula celeberrimum hoc Europa Emporium gaudet, primum quidem consuetudine longissimique temporis prescriptione questio, postea vero ab Imperatore Friderico I. Vienne d. 14. Jul. 1482. solenniter confirmato, adeo, ut Anno 1556. & seqq. omnes naves rumentum per octodecim miliaria vehentes, coegerint Hamburgenses ad se appellere, ut ibi venderetur, referente hac ex Dressero Linnæo I. c. n. 8. Sic nec minori optime hujus Civitatis meritorum argumento est, quod sepe laudatus gloriofissimus Imperator Fridericus I. illud juris tribuerit civitati Hamburgensem, ut nemmo intra duo circum-circum milliaria castellum seu propugnaculum extrudere vel habere debeat: que & similia Privilegia alia ab Adolpho III. Comite Holstiae & de Schouwenborch quoque postea confirmata vide sis apud Lambecium de Orig. Hamb. lib. II. N. 13. p. 7. Ceterum inter Privilegia Hamburgensis concessa non insimum sibi locum vendicat de Non Appellando Privilegium, primum ab Imperatore Carolo IV. concessum, postea vero a Ferdinando II. confirmatum & adiectum. Quo de inpraesentiarum disputatione hac mihi aliquanto latius dicendi dabitur occasio, quam quidem materiam, veluti practicam & statutariam magisque frequentiorem praे aliis tanto magis hac vice selegi, quanto turpis alias alicui estimatur jura ignorare illius Civitatis in qua versatur, & in qua natus est. per l. 2. §. 43. ff. d. Orig. Jur. Omnia autem optimejuxta causas materiam hanc tractari posse credidi. Deus igitur cœpta secundet!

Cap. I.

C A P. I.

De Beneficio Appellandi

E T

Non-Appellandi in Genere.



Um vocabulum appellare generale sit, & variè secundum varios significatus, accipiatur, non omnino abs te fore credo, priusquam rem ipsam aggrediar, pauca quædam de hujus verbi significatione præmittere. Appellare itaque interdum idem significat, ac blanda oratione alterius pudicitiam attentare *l. item apud 15. §. appellare 20. & §. aliud 22. ff. de Injuriis.* Sic etiam appellare debitorum eleganter & propriè pro eo quod crebrius dicitur, *interpellare*, id est, ab eo, quod debet, reposcere *l. fidejussor. 16. §. fin. de Fidejussoribus.* In eandem sententiam illud est *Columell. lib. 1. cap. 7.* Vel optima nomina non appellando, fieri mala, fœnector Alfius dixisse fertur, vulgus non solicitando. Sic & *Seneca lib. 5. de Beneficiis*, Fœnector quosdam debitores non appellat quos scit decoxisse. *item Valerius Maxim. lib. 4. cap. 8. ibi.* Neque de sorte quenquam debitorum suorum neque de usuris à suis appellari passus. & *lib. 6. cap. 2. ibi.* pecuniam sponsandi, quo nomine nunc appeller. Passim etiam sumitur pro implorare, sic *Livius lib. 2. appellat Tribunos cum auxilio nemo esset, & lib. 38. si se appellet, auxilio ei futurum.* ita etiam *Valerius Maxim. lib. 6. cap. 3. ibi.* quod ut illi nunciatum est, ad Consulstribunal cucurrit, Collegiumque Tribunorum appellavit. *item Cicero Vos, vos appello, fortissimi viri.* Et hæc posterior significatio in jure est propria. *l. 1. circa fin. Ex quibus caus. maj. l. 30. C. de Appellationibus.* in qua significatione etiam nos hic accipimus, & Appellare eum dicimus, qui auxilium superioris, adversus inferioris Magistratus injuriam implorat. Est itaque secundum *Weisenb. in Paratit. ff. de Appellat. num. 3.* Appellatio, ab inferiore Judice ad superiorem gradatim facta provocatio, ut is causam antea quidem cognitam,

gnitam, sed ut appellans intendit, injuste definitam, denuo cognoscat, & sententiam prius latam in melius reformat.

§. II. Originem appellationis si respiciamus, sunt qui à prima omnium rerum origine, & ex Paradiso, cœlestique Hierarchia deducere conantur. Ita enim Camillus Borellus in Decif. tom. II. tit. 33. num. 4. & 5. Cum Lucifer sui supremi gradus, & pulchritudinis, aliorumque donorum prærogativa superbens ad propriam sui gloriam referens, ad sui Omnipotens Dei similitudinem & equalitatem se reddere præsumeret, & ad apostataandum contra suum Superiorem, ex Angelica natura nonnullos induxit, qui aversi, invidia & odio à summo Deo divisi. Angeli autem boni, Deum intuiti, persistenterunt, Deo ipso revelante, gratiaque sua cooperante, illi adhaeserunt, ipsorum beatitudinem præscientes, ut dicit Magister sententiarum lib. 2. distinct. 4. & 5. Unde à Luciferi gravamine (qui alij Monarchie Dominum qui novas oppressiones & gravamina omni Angelice cohorti & ordinibus afferre intendebat) non ferentes, sed appellantes, speculantes in sapientiam Divinam, fortes facti sunt apud eundem Deum Optimum Maximum, decreto contra illos, & authorem, cœlorum exilio, & prælio magno dejecti, de quibus Esaias c. 14. Ezech. cap. 28. Luce c. 10. Joannis Apocal. cap. 12. Quo recursu, & appellatione ad suum premium Judicem devoluta, litigantes Angeli boni sententiam primam, ac victoriam reportarunt. Nam vero accusatio potius hæc, quam appellatione fuit; non enim Secunda ibi, quam appellatio semper præsupponit, sed Prima saltem Instantia agebatur. Deferebant enim Luciferum Angelii Deo, utpote primo & immediato Angelorum Judici competenti, cumque criminis quodammodo læsæ majestatis, & quasi perduellionis accusabant, adeoque accusatores quidem seu actores, non appellantes erant. Idem serè de ejusdem d. l. seq. n. 6. à Protoplæstis petito exemplo judicium ferendum, dum ita inquit: Secundo ita fremente eodem Diabolo, quæsivit primos parentes à recta via itinere divertere, quos cum per apertam mendacia falsasque imposturas à veritatis tramite abduxisset, causa coram Deo ventilata, pena timore perterriti, ab impulsore Diabolo seductos fuisse, defensionis, & recursus mediis ad eundem Dominum appellantes (et si ipsi ex mandatorum inobservania fuerint puniti) cognitore Domino, cognitione facta, decretum fuit, dataque maledictio Diabolo pre omnibus animalibus, & bestiis agri, & quod esset inimicitia inter ipsam & Diabolum, & quod ipsa contereret caput ejus, & alia, que scripta sunt Genes. c. 3. Tantum enim abest, ut primi parentes ad Deum provocaverint, ut vocati potius

& citati à Deo respondere ad proposita debuerint, & licet instituta contra eos inquisitione culpam à se invicem amoliri & transferre in serpentem Diabolum, voluerint, cumque adeo fraudis & seductionis accusaverint, nemo tamen propterea hanc inter respondendum factam exculpationem & accusationem dixerit appellationem, cum nec sententia, nec Judex à quo, nec ad quem, adeoque nulla planè appellationis adsuerint requisita. Minus denique cum *Andrea de Isernia in capitulo 1. §. præterea si inter duos num. 30. de probibita Feud. alien. per feder. ex lib. 1. Reg. cap 22.* Appellatio à Saulo & Davide derivanda: quod nimurum oppresſi à Saulo ad Davidem recurrerint, quoniam omnis appellatio ab Inferiore ad Superiorē fieri debet *l. 1. §. 3. ff. de Appell. Novell. 23. c. 4.* tunc temporis autem David nondum R^ex, multò minus Sauli superior erat. Quare, si denique ex Sacris fundamenta & quasi initia menta Appellationis desumenda essent, pro formato Appellationis quasi Judicio illud aestimarem quando Moyses *Exod. 18. & Dent. c. 1. v. 17.* Consilio Soceri sui Jetro, certos inferiores Judices constituit, à quibus deinde ad ipsum Moysem provocare licuit. In Novo autem Testamento appellationem obtinuisse, vel solus Paulus Apostolus suo testatur exemplo, dum *Aetor. 25. v. 11.* à Festo ad Caïarem provocavit. Et quidni Juri Divino appellatio conveniens sit, cum & meritis Juris Naturalis principiis nitatur, quia species defensionis est, dum quisque, qui se gravatum & injuria affectum putat, ad potentiores seu superiores confugere solet. *Vid. Reinh. Bacchov. ad. Treutl. vol. 2. disp. 33. Th. 1. lit. A.* Finis igitur Appellationum, ut in fine præcedentis §. indicavimus, primarius est, ut iniurias vel imperitias inferiorum judicantium à superiore corrigatur *l. 1. pr. ff. de Appell. c. ideo huic 17. caus. 2. q. 6.* Secundarius verò, ut quandoque illud, quod in prima Instantia omissum, eâ suppleatur aut deducatur *l. 6. §. 1. C. de Appell.* decantatissimo illo secundæ Instantiæ remedio probandi: Nondum deducta, deducam, nondum probata, probabo. Cujus requisita latius referuntur *in l. 4. C. de Temp. & repar. appell. &c. in Recess. Imp. Noviss. de Anno 1654. §. wie ebenmassig &c. 73.*

§. III. Tametsi autem, ut ex fine judicari potest, saluberrimum Appellatio Juris beneficium sit, adeo ut & à *Baldo in leg. un. C. si de momentan. possess. &c.* vocetur, theriaca contra judicis venenum. Et *Bernhardus in lib. de Consideratione ad Eugenism dicat,* appellationem esse grande & generale bonum, idque tam necessarium, quam. Sol mortalibus
Quia

Quia tamen multi eo hodie abutuntur, saltem ut lites in infinitum protrahant, & adverlarium sumptibus vexent; sive ut Ordinatio Cameræ Imperialis loquitur *Part. 2. tit. 28. §. dat 3.* ibi. damit sie etwa ihre gegenheil zu endlichen verderben / und verlassung der Sachen / oder zu ungebuhrlischen vertragen dzingen / oder desto lenger in messung der Guter Sitzten bleiben &c. Non immerito hodie pluribus in locis ista procacitas appellandi, per Privilegium de Non Appellando Magistratibus concessum restricta est.

§. IV. Cæterum duplex Non-Appellandi deprehenditur Privilegium, Absolutum aliud, aliud Restrictum. Illud generaliter ad omnes causas & quamcumque litis quantitatem pertinet; hoc vero certis solummodo causarum vel quantitatuum limitibus inclusum est.

§. V. Absoluto Non-provocandi jure gavisi jam olim sunt Præfecti Prætorio, *l. 19. C. de Appell. l. 8. C. de Episc. And. l. un. C. de sentent. Praef. Præt.* Nec non Senatus Romæ aus in Statu etiam Monarchico, ex oratione D. Hadriani Imperatoris in *l. 1. §. 2. ff. de Appell.* Idem postea Electoribus quoque à Carolo IV. Imperatore in *Aurea Bulla Tit. xi.* tributum est. Neque immerito; cum enim Elec̄tores membra Imperii, Majestatisque adeò Imperatoriæ quodammodo participes sint, ob quod & crimen læsæ in eos committi vulgo statuitur: æquum Imperatori quoque visum fuit, etiam in hoc supremæ Majestatis jure eos, uti, frui: noluitque denegari Electoribus, quo de exteri gloriantur Reges ac Principes, quibus tamen ratione dignitatis haud quaquam cedunt, ut verè quondam dixerit B. Lutherus: die Chuzfusten / schreiben Konigen / Euer Liebe / und nicht Eure Gnadem / den sie sind Konigen gleich geachtet / in Tischzeden. c. 38. Quod Privilegium postea quoque à subsequentibus Imperatoribus, in specie autem ab Imperatore Ferdinando I. sub dato 2. Maii Anno 1559. & Rudolpho II. sub dato 14. Julii Anno 1600. confirmatum esse testatur *Carpzov. Differi. de Privil. Elect. & Ducum Sax. de Non-Appellando pos. 34 & 36.*

§. VI. Sed, ut ut omnibus omnino Electoribus à Carolo IV. primus concessum fuerit, præter Saxonem tamen & Brandenburgicum (quibus & Bavarum jungit Lauterbach. in *Compend. ff. d. Appell. lit. P.*) vix ullus retinuit, quia non-usu potius, & desuetudine rursus amiserunt. Nam etsi quidem *Textorius ad Recess. Imp. Noviss. disp. xi tb. 79.* de veritate hujus asserti inde dubitare, taleque privilegium amitti potuisse negare velit, quod Privilegia Electorum in Aurea Bulla permunita sunt

clausula cassatoria, quæ impediret, quo minus contrariae consuetudini
 locus esse queat. *vid. Gail. lib. 2. obs. 60. n. 12.* Maximè cum Mogun-
 tino quoque & Palatino, Electoribus hocce Privilegium, non obstante
 longissimi temporis non-usu, à Friderico III. Imperatore denuò fuerit
 confirmatum. Indeque etiam *Christ. Gastelius in Specul. Jur. Univ.*
cap. 33. n. 138. referat: quod hodie ab Electoribus non appelletur, ex-
 cepto Colonensi & Trevirensi, quia limitato gauderent privilegio. Ni-
 hilominus tamen contrarium milii longè verosimilius videtur. Præter-
 quam enim, quod experientia, optima rerum omnium Magistra *l. 32.*
ff. de LL. satis superque de hoc attestetur; clausula illa cassatoria:
 das woferne einer solchem Privilegio zu wieder von denen Churfürsten
 an das Cammergerichte appelliren würde / solches allerdings kraftlos
 und unbändig seyn sollte &c. Non id operatur, ut ab omni præscrip-
 tione & ammissione Privilegium hoc immune præstet, sed hoc solummo-
 do, ut excipiente Appellato, vel Judice à quo, omni effectu tam su-
 spensivo quam devolutivo destituatur appellatio, eaque pro non inter-
 posita, & sententia pro re judicata habeatur; pariter, uti in privatorum
 per pacta & stipulationes acquisitis juribus fieri videmus. Si his clau-
 sula talis adjecta sit, v. g. in servitute altius non-tollendi, Das woferne
 solchen Versprechen zu wieder etwas de facto dahin gebauet werden sollte/
 solches der andere keines weges zu leiden / sondern zu all und jeder zeit
 selbst eigenhätiger weise umbzuwerfen und einzureissen besagt sein sollte.
 Propterea tamen præscriptio non excluditur, accedente præprimis facto
 servientis contrario; legaliter enim hæc accipienda sunt, maximè, quia
 ex lapsu temporis lege definiti, usu & patientia, juris esse incipiunt,
 quæ de facto antea tentata sunt. *arg. l. 8. pr. ff. quem serv. am. l. 10.*
ff. si serv. vind. Accedit, quod jura & Privilegia in hoc majori, legi-
 bus publicis autoritate pollere nequeant, utpote quas desuetudine seu
 usu contrario, quasi tacito populi consensu, abrogari expeditum est.
l. 32. §. 1. ff. de LL. probari hoc vel solo Privilegii Nundinarum exem-
 plo non-usu amissibili poterit. *ex l. 1. ff. de Nund. cap. 15. x. de Pri-
 vil. & excess. l. 7. C. de his qui accus. non poss.* Quare dum Electores
 suo Privilegio, data occasione usi non sunt, sed appellationes ad Came-
 ram admiserunt, tacito quasi consensu & patientia seu non-usu, desue-
 tudine inumbrari, & à Camera suam quasi libertatem privilegio hactenus
 restrictam, præscribere passi sunt. *arg. l. 6. ff. de S. P. U.* Quod au-
 tem de Brandenburgico Electore scribit *Petr. Heig. P. I. quest. 4. n. 32.*
 illum

illum de Non-Appellando Privelegium quondam amisisse, ac postea per singularem concessionem ab Imperatore Rudolpho II. denuo recuperasse, cui assentitur *Dom. Arum. in discr. 5. ad Aur. Bull. Conclus. 13. in f.* diserte repugnat verbis ipsius Imperatoris Rudolphi II. qui Anno 1586. Privelegium de Non-Appellando quo ad Electorem Brandenburgicum saltem renovavit; ita enim inquit: über hundert und mehr Jahren / und also weit über Menschen-Gedenken eingeführt / hergebracht / gebraucht und behalten worden / das niemand vorder Churfürsten zu Brandenburg Wahrtheilen / Decreten, Erkantnis und abschleden &c. an unsern Vorzahren / unser und des Reichs Cammergericht zu appelliren macht gehabt / & vers. hingegen aber / ibi. Seine Liebe und derselben lobliche Vorz. Eltern waren auch bey solcher ihren Churfürstlichen befreihunge bisanhero gernhlichen gelassen worden. n und obwohl Seine Liebe solchen muhtwillen in dero Lande v'shero nicht gestattet / auch dasselbe ferner nicht nachzulassen füg und macht hatte & postea das wier solche der Churfürsten zu Brandenburg hergebrachte gerechtigkeit des nicht appellirens von ihren Wahrtheilen / Decreten und Erkantissen / dessen sie wie obgemeldet ohne des besugt / und bisher unverrukt erhalten. &c.

Vid. latus Carpzov. in Comment. ad Leg. Reg. c. 9. seit 8 n. 9. Nec Serenissimis tantum Saxoniae Electoribus, sed reliquis etiam Ducibus & Principibus Domus Saxonica competit. Prout ex verbis Privilegii Ferdinandini: und also dem ganzen Stamm und Hause zu Sachsen / solche gerechtigkeit des nicht appelliren bewilliget / erneuert / gestercket und bestrigit / pluribus deducit & probat Carpz. Differr. de Privil. Elect. & Ducum Sax. de Non-Appellando c. 5. pos. 47. num. 1. seq. Quod tamen in Brandenburgicis Principibus non item obtinere statuit Gassel. in Spec. Jur. Un. pag. m. 740. n. (6.)

§. VII. Nemo autem tale Privelegium concedere potest, nisi superiorem non recognoscens, juraque summi Imperii seu Majestatis & Regalia habens *l. i. §. 4. ff. à quib. appell. non licet. Vid. Borell. tom. 2. tit. 33. n. 1215.* Proinde solus in Imperio nostro Imperator, adhibito tam Statuum Imperii consensu, privilegium de Non-appellando concedet. *Carpzov. d. Diff. de Non appellando c. 3. pos. 35. num. 46. & pos. 37. & 38.* Nam cum Privilegia hujusmodi Cameræ Imperialis jurisdictioni quodammodo derogatoria sint, haec autem non ab Imperatore solo, sed statibus simul, ex prima Maximiliani I. Imperatoris & Statuum Imperii fundatione, dependeat, *vid. Recess. Imp. de Anno 1541. §. und damit außerhalb merito & horum consensus requirendus erit quoties de illius jure & prejudicio agitur; quia ejus demum est relaxare vincula obligatio-*

obligationis, qui imposuit; cumque omnes id Imperii Status attingat, ab omnibus quoque approbandum videtur. Reliqui igitur Imperii Proceres, Principes aut Duces, ut ut tantum alias in suis territoriis, quantum Imperator in Imperio, posse ferantur, appellandi tamen facultatem subditis auferre nequeunt, quia Imperatori & Cameræ una cum subditis suis subjecti sunt, & ne in eorum alias arbitrio esset, se suosque Imperiali Judicio & jurisdictioni eximere subditos. Provocatio enim ad Imperatorem indubie subjectionem importat, arg. l. 14. ff. de jurisd. Andr. Knichen de Subl. & Reg. terr. Jur. c. 3. n. 189. Nisi fortasse & ipsi Privilegio forte de non-Appellando Cameræ jurisdictioni exempti sint Principes, nam tunc quin & in territoriis suis, certo modo restringere appellandi libertatem, vel etiam Magistratibus inferioribus de non-Appellando ad se privilegium concedere possint, nullum est dubium; quia tunc cessat prohibitionis ratio. Atque ex his facile nunc erit dijudicare: Num Statutis Appellandi libertas tolli possit? Si enim in præjudicium Cameræ non tendat, recte cum Hieronimo Magonio, Petro Caballo, Bartolo & aliis id affirmatur: Sin minus, cum Camillo Borello, Joach. Mynfingero, Andrea Knichen, Job. Melch. Cletzelio & pluribus aliis, potius negandum.

§. VIII. Regulariter verò ab omnibus Imperii Statibus appellare ad Cameram permisum est, quia Imperatorem omnes pro superiore agnoscere tenentur. Adeò ut & in Comitiis Ratisbonensibus de Anno 1532. tit. 2. §. Nachdem auch etliche 12. & Ordin. Cam. Imp. Part. 2. tit. 28. §. und dieweil 2. Statibus Imperii expresse prohibitum sit, subditos suos ullo modo, minis, juramento, aliave pœna à communi hoc Appellationum tribunali arcere aut deterrere: partim quia Appellatio species defensionis est, quae ne Diabalo quidem deneganda, teste Carpzov. Praet. Crim. P. 3. q. 105. num. 23. Nisi quatenus quis ipse huic beneficio sponte renunciaverit, vel, propter Privilegium de non-appellando, suo Principi vel Magistrati singulariter concessum, appellare non possit d. tit. 28. §. und dieweil 2. verf. es were dan & d. §. Nachdem auch etliche 12. verf. es were dann sache &c. Partim & vel maximè quod in præjudicium Imperatoris & Cameræ id tendat, si jurisdictioni illius se suosque subtrahere velint. d. Ord. Camer. l. c. verb. sondern anch dem Kays. Cammer-Gericht und desselben jurisdiction, zum hochsten abzuehig &c.

§. IX. Sed queritur hic: An jure Imperator tale Privilegium alie cui possit

possit concedere, eo quidem effectu, ut & à Successoribus revocari nequeat? R. Affirmando utrumque. Et quamvis derogare quodammodo jurisdictioni Imperii id videatur, Imperator autem, ut Administrator Imperii, jura illius magis conservare, quam minuere, & ut semper Augustus potius augere debeat. Nihilominus tamen (1) derogatio ista tanta non est, ut propterea jurisdictioni ipsi quicquam decedat, quin exercitum tantum restringitur, unde & quodammodo derogari saltem diximus. Ita enim (2) videmus supereminentem semper Cameræ reservari potestatem & jurisdictionem, quo de attestatur relatio Consiliariorum. Div. Augusti Elect. Saxon. Abrahami à Bock & Joh. ab Obernitz de insinuatione Privilegii Saxonici facta Cameræ sub dato Spira d. 28. Jul. Anno 1560. his verbis: Hierauf ist den andern Gerichts-tag welcher den 24. dieses Monahs gehalten worden / durch den Hammer Richter und alle Bysitzere / dieses unsers begehrens / mit annehmung des Privilegii vorbehaltlich des Romischen Reichs und Kaiserlichen Majestat præminentz, und Gerechtigkeit / auch manningliches interesse &c. Idemque fassus est ipsemet Imperator Ferdinandus I. in literis testimonialibus factæ insinuationis sub dato Spira eodem die & anno, hisce verbis. Ist dieselbe (insinuation) doch vorbehaltlich des Heiligen Reichs Ober- und Gerechtigkeit / auch manningliches interesse und einreden / dagegen jederzeit vorzubringen / so viel recht / hicmit angenommen. Nec aliam fuisse intentionem D. Augusti Elect. Saxon. Privilegium de Non-appellando impetrantis, propria ejus verba testatum faciunt, quæ leguntur in literis supplicatoriis Imperatori exhibitis. Es ist auch ein und der andern meiner freundlichen lieben Vetttern / der Fürsten zu Sachsen gesuht nicht / dadurch Ew. Kays. Majestat und dem Heiligen Reich gebuhrenden gehorsahm zuentzichen / oder sonsten Ew. Kays. Majest. Dem Reich und desselben Hammer-gericht an ihrer hoheit / præminentz, und reputation etwas abzuzechen &c. Vid. Carpzov. de Privil. Elect. & Ducum Sax. de Non-appellando cap. 7. pos. 72. num. 17. & seqq. maxime in casu, de negatæ vel protractæ justitiæ. Imo (3) concessio ejusmodi de Non-provocando Privilegii, nihil aliud est, quam delegatio quædam, seu mandatum jurisdictionis supremæ, ita ut vice Imperatoris status illi in suis territoriis in Appellationibus ipsi judicent; undē & tales Principes in suis ditionibus pecularia ut plurimum, ad imitationem Cameræ Imperii summa Appellationum Tribunalia habere solent, quale v. g. in Aula Serenissimi Elect. Saxon. Dreidæ supremum Appellationis est judicium; das Churfürstl. Sachs. Appellation-Gericht, in quo non nisi appell-

appellationum causæ tractantur. Ut taceam (4) in commodum magis Imperii & Imperatorum id cedere , cum enim Camera tot Processuum centuriis repleta, imo penè obruta sit , adeo ut vix ac ne vix quidem omnibus sufficere videatur, sed lites ibi , non sine gemitu litigantium , serè immortales fiant , ita , ut dudum in proverbium abierit : Spiræ lites spirare , nunquam exspirare. Ideo Imperator in hoc quoque Imperii præprimis verò subditorum commodum non parum augere videtur , dum cursum administrandæ justitiae eò melius promovere , per mandatam quasi aliis cognoscendi in Appellationibus potestatem , intendit.

§. X. Et licet alias successores in Regnis præprimis Electitiis quale nostrum Imperium est , ex factis Antecessorum non obligentur , attamen procedit illud in personalibus quidem obligationibus , fallit autem in iis conventionibus quæ justæ sunt , bonumque Reipublicæ respiciunt , quia salus Reipubl. suprema etiam successoribus lex esse debet. *Vid. Job. Philipp. in Uſu Præf. l. 1. T. 2. Eclog. 16. ubin. 6. imo , inquit, Princeps priorum Principum Contractus & permitta rescindens proprium factum impugnare intelligitur ; cum factum vel contractus de mortuorum Principum hodierni Principis esse censeantur , eo , quod semper unum idemque Imperium , & eadem semper Respublica sit . Nec interesse existimamus , ex lucrativa an ex onerosa causa Privilegium acceperit . Nam sicut donationes inter vivos semel à donatario acceptatæ revocari nequeunt §. 2. Inst. de donat. & l. 35. C. eod. ita nec ejusmodi ex gratia concessa Privilegia , quæ meræ donationes sunt ; siquidem in contractibus quoad effectum obligationis Princeps non alio , quam privatorum jure utitur arg. l. 4. C. d. LL. quæ igitur servare obstrictus fuit defunctus , ea quoque nec ejus successor revocare poterit ; non universalis seu hereditarius , quia heres factum defuncti præstare tenetur ; non singularis seu electus , quia respectu antecessoris pro extraneo habetur , nemini autem de facto prædefuncti extranei seu tertii disputare conceditur . Neque obstat , quod Princeps gratis concedendo alicui Privilegium , videatur hoc tacitè sibi reservasse ut illud possit revocare pro lubitu . Præterquam enim , quod propositum in mente retentum nihil operetur l. 50. ff. d. Condit. Indeb. l. 7. C. de Cond. ob cauf. dat. nisi expressè sibi id reservaverit , prout plerumque fieri videmus , hac annexa clausula : *Jedoch uns / unsern Erben und Nachkommen / an unserer hohen Obhigkeit / Gerichten und Landesfürstlichen Gerechtigkeiten ohne Schaden / so behalten wiet auch uns/ unseren**

unheren Erben und Nachkommen bevoz / diese Ordnung nach erfor-
derung der Hofsürst unsers Gefallens zuendern / zu vermehren und zu-
minderen / ganz oder zum theil aufzuheben &c. post mortem definit
concedentis mutanda voluntas l. 4. ff. *Conduct. arg. l. 4. ff. de adim. vel*
transf. leg. ergo nec ejus successor morte ita confirmatam voluntatem de-
functi mutare poterit. *arg. l. 54. & 55. ff. de R. I.* Atque in præsenti casu
eo minus, quoniam Privilegium de Non-appellando non à solo Impera-
tore, sed consensu simul Statuum Imperii conceditur, qui mortuo etiam
Imperatore adhuc super sunt, nec facto suo contrariari possunt.

C A P. I I.

I N S P E C I E

D E

Hamburgensium Privilegii

Definitione, Divisione, Causa efficiente itemque subjecto.

§. I. **P**ostquam de Beneficio Appellandi & non-Appellandi in ge-
nerè priori capite diximus, dicendum nunc aliquid erit de
non-Appellandi Privilegio Hamburgensium in specie. Ne
autem contra regulas disputantium fecisse videamur,
dum teste Cicerone lib. 1. de Oratore, Omnis disceptatio,
quæ de re aliqua suscipitur, à definitione incipere debeat, ut intelli-
gatur, quid sit, quo de disputetur: qualem qualcm Privilegii hujus descrip-
tionem & nos præmittemus. Est itaque Privilegium Hamburgensium
de non-Appellando jus singulare Magistratui Hamburgensium compe-
tens, quo infra summam sexcentorum & juxta Ferdinandi II. Impera-
toris extensionem, septingentorum florenorum Aureorum ad Came-
ram

nam Imperialem prohibentur appellare litigantes , nec ultrà eam , nisi prævia juramenti cautionisque præstatione , iis permittitur , coërcendæ frivole appellantium temeritatis ergò ab Imperatore concessum.

§. 2. Privilgium igitur Hamburgensium de non-Appellando duplex est ; aliud primum seu originarium à Carolo V. concessum , aliud renovatum & à Ferdinando II. Imperatore Anno 1634. d. 31. Mart. auctum. Quod Privilgium typis quidem publice hactenus nondum excusum , in Archivo tamen civitatis reservatum , mihique à Viro Amplissimo atque Consultissimo Dn. D. Gerhardo Schroedero causarum in Patria Patrono celeberrimo , Fautore meo honoratissimo communicatum. Illud autem cum hujus fundamentum sit , meritò hic potissimum & principaliter quoque in considerationem veniet. Duabus autem constat partibus , quarum prior Appellationis , intra certam quantitatem , prohibitiva ; posterior extra illam , sub certis conditionibus permissiva est , de singulis suo loco separatim.

§. 3. Causa Efficiens hujus Privilégii de non-Appellando alia , ut ita loquamur , Primitiva fuit , alia Secundaria seu Accessoria. Illa Præscriptio , hæc Confirmatio Imperatoria est. De Præscriptione ipse attestatur Imperator in verbis Privilégii pag. 401. Wiewol sie und ihre Vorfahren / vor zweihundert und mehr Jahren / mit sonderlichen Privilegien , Exemption , Freiheiten / Statuten und præscribiten gewonheiten unter andern dermaßen versehen / daß von ihnen / deren von Hamburg uht-Heilien nicht weiter noch anderer gestalt / dann auf ihr Stadt-Buch appellirt oder berufen werden solle / wiesie den bei solcher Freiheit / von obheruhter zeit an / bis daher rühiglich und unverhindert gelassen / und dawieder nicht beschweret woren. Duo in his verbis declaranda veniunt (1) quæ & qualia antiquiora illa Privilégia fuerint ? (2) quid phrasiologya ista , auf ihr Stadt-Buch appelliren / sibi velit ? Certe varia subinde Hamburgum tum ab Imperatoribus tum & à Ducibus , tum Comitibus adhuc Holsatia , accepit Privilégia. Ita enim non Imperator solum Sigismundus Anno 1421. jus de Non-Evocando ei concessit , sed & ante eum Anno 1292. ab Adolpho , Gerhardo , Adolpho & Henrico Comitibus Holsatia & Schouwenborch id juris impetrarunt , ut à sententiis Senatus Hamburgensis ad eos non amplius , prout antea , authore Lambecio Rer. Hamb. lib. 2. n. 480. p. 244. , solutum fuerat , appetetur , sed ipse Magistratus solus cognoscet , quod vetus Privilégium hic , ut ex computatione temporis Colligere est , Imperator Carolus respexisse videtur. Cæterum cum hujusmodi Privilégia , olim quoque jam

jam jam moris fuerit in Statuta librorum (uti hodie præsens hoc Carolinum) referre , teste Lambec. l.c.n. 478. p. 243. eaque subinde in Statutis repetere , & illius observantiam denuò inculcare , prout Carolinum hoc nostrum in Statutis modernis quoque Part. I. T. 37. 38. 40. & passim , insertum & commendatum legimus , factum est , ut Imperator deinde Carolus V. hoc in Statuta relatum Privilegium , à Ducibus Holstiaæ acquisitum & diuturnis utentium moribus comprobatum , expresse confirmaverit , prohibueritque ne & in posterum aliter quam secundum tenorem Statutorum & quo usque ea appellationes permitterent , à sententiis Senatus Hamburgensis provocaretur : Das von ihnen / deren von Hamburg Urtheln nicht weiter / noch anderer gestalt den auf ihr Stadt-Buch appelliret oder beruffen werden solle.

§. IV. Et quanquam alias inter DD. nondum convenerit , Num tale jus præscriptione possit acquiri ? Mihi tamen affirmatum verior sententia videtur . Cum enim Privilegium Non-Provocandi expresse concedi possit , quid ni etiam præscriptione & consuetudine ceu tacita Principis voluntate aut conniventia acquiri . arg. l. 32. §. 1. l. 35. & 40. ff. de LL. Nam quicquid est concessibile , illud etiam est præscriptibile l. 3. §. 4. ff. de Aqu. quot. l. 23. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. 3. C. vett. nova instit. non posse Schurpf. cent. 3. consil. 90. n. 47. Quin imo , & Regalia & Reservata Imperatoris temporis immemorialis præscriptioni supposita esse , firmiter Recess. Imp. August. de anno 1548. §. und soll unser 54. §. wen auch ein ausgezogenet 56. & §. wo aber innerhalb Menschen gedencken 64. Bocer. de Regal. cap. 4. num. 45. & seqq. Andr. Knichen de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum Saxon. cap. 1. num. 64. Quare ergo Jus de Non-Appellando , quod est de Regalibus , præscribi immemoriali nimirum Præscriptione non posset ? vid. Carpzov. Dissert. de Privilegio Elect. & Duc. Saxon. de non-Appellando pos. 8. n. 1. quam opinionem pluribus dudum defendit Andr. Knich. d. tr. verb. jus cap. 2. num. 147. & seqq. Cum itaque Hamburgenses tale de non-Appellando Privilegium ultra ducentos annos jam quiete possederint , ante quam hoc Carolinum consecuti sunt , uti ex ipsis Privilegii verbis in princ. hujus §. relatis appareat : facilè hinc videmus non novum aliquod Privilegium ab Imperatore Carolo V. introductum s. concessum , sed vetus , quod Præscriptione jam jam acquisiverant , saltim confirmatum esse . Quod & postea , à singulis Imperatoribus subsequentibus confirmari fecerunt Hamburgenses . An vero ulteriori adhuc confirmatione opus sit ? de eo dubitari quis posset : & li-

Et alioqui datum & confirmatum non egeat successoris confirmatione ;
Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum cap. 1. n. 201. Rol.
a Valle Consil. 13. n. 32. Felin. in cap. 1. x. de Probat. & is quoque cui per
electionem sceptrum Imperii desertur , pactis & conventionibus ante-
cessorum , quæ ratione officii Regis initæ fuerunt , obligetur Christ.
Besold. de Success. Reg. lib. 3. dissert. 2. Anton. Peregr. de Jure. Fisc. lib. 2. fol.
 109. Nihilominus tamen majoris securitatis ergo confirmationes impe-
 trari solent. *And. Knich. d. l. num. 202.* A quibus autem confirmatio pe-
 tenda ab Imperatore solo , an à Statibus simul Imperii disquirendum
 adhuc meretur. Certè cum Imperator solus , ut superius *Cap. 1. §. 7.*
 deduximus , tale Privilegium sine præscitu Statuum concedere nequeat ,
 idem ferè de confirmatione afferendum videtur ; cum Confirmatio seu Re-
 novatio , sit quasi nova , vel de novo facta concessio ; Enim vero diversa hic
 utriusque reddi potest ratio. Concessio cum alienationem seu restrictionem
 suprema jurisdictionis inducat , in præjudicium Imperii , sine Statuum
 illius , utpote de Summa Majestate participantium *vid. supr. Cap. 1. §. 5.*
 consensu nequit ; Confirmatio nihil alienat , sed alienatum se revocare
 nolle saltim promittit. Illud ex liberalitate , hoc ex necessitate quodammodo
 sit ; nec enim Successores concessa à Majoribus Privilegia afferre pro lubitu
 posse , *supra jamdum Cap. 1. §. 9.* probavimus. Sed quid si aliqua sui parte
 declarandum vel extendendum esset ? Distinguendum hic arbitramur *cum*
Hartmanno Pistorre Consiliario Elect. Saxon. qui à Dn. Pro-Electore re-
quisitus , in scripto quodam sub dato Senseliz 10. Jan. 1600. ita distinxit :
 An nempe extensiones ac declarationes novi aliquid importent , quod vel
 privilegio adversaretur , vel de quo nec tacitè nec expressè Privilegium
 seu declaratio loqueretur ; an verò nuda petatur interpretatio seu declaratio ,
 quæ in prima dispositione ac Privilegii intellectu subsistat ? Et priori qui-
 dem , non posteriori casu Statuum consensu opus esse statuit.
 §. V. Causa Impulsiva sive *reponalapulun* partim Civitatis Hamburgen-
 sis merita in Romanum Imperium fuerunt ; quo de verba Privilegii : *pag.*
 402. *Angesehen solche ihre demutige zimliche bitte / auch die getreue*
dienste / so ihre Vorzern weiland unsern Vorfahren am Reich / Romi-
schen Kaisern und Koningen loblicher gedencknis / und dem heiligen
*Reich oft williglich gethan &c. partim malitia abutentium appellations-
 bus , utque cursus justitiae administrandæ tanto magis promoteatur ,*
*qui appellationibus ad Cameram , ob res sæpe minoris summae protra-
 heretur in verb. So wurde doch je zuzeiten von denselben Ihren Ge-*
richten

richten durch ihre Burger und Unterthanen aus unmoturst und allein zur erweiterung. (ita enim omnino rectius pro vermeidung legendum cum Limnae Tom. 3. lib. 7. cap. 23. creditus) gefahrlichen verzugs / verlegerung und ausflucht des Rechten &c. Quod eo magis hoc nostro malitioso seculo metuendum , quo omnibus Germaniae admodum litigiosæ litibus atque malitiis coercendis, Judicium Camerale non est sufficiens : sæpe enim unus Procurator mille lites agit, quas omnes si enumeraveris inter viginti quatuor Procuratores , numerus litium multum millia excedit, teste Dom. Arum. in discurs. 5. ad Aur. Bull. Conclus. 15. pag. 230. Cum autem olim Divus Hadrianus Senatui, l. 1. §. 2. ff. à quib. appell. non licet. & Justinianus Imperator magnificis judicibus suis Privilegium de Non-Appellando concedere potuerit l. in offerendis 37. C. de Appell. Cumque octo Curiaæ majoris Francorum , quatuor Hispanorum , Rota Romanorum , quadraginta Venetorum , Curia Neapolitana , Media- lana , pleraque judicia tum publica tum privata disceptent ac definiant citra provocationem Job. Bod. lib. 1. de Republ. Cap. 20. quid ni etiam hodie Cæsarea Majestas idem juris Hamburgensis tribuere potuisset. Licet enim Imperator omnem omnino jurisdictionem & superioritatem à se abdicare non possit. Cagnol. l. imperium n. 157. de Jurisd. Roland. à Valle Consil. l. n. 138. & seq. & consil. 80. n. 2. vol. 2. quia alias esset homicida suæ dignitatis secundum Bald. in §. 5. cap. licet causam sub num. 7. extra de Probat. Interim tamen negandum non est, Imperatorem rectè concede re Regalia salva Majestate Imperii, id est, superioritate, majoritate & honore. Becc. Consil. 56. num. 61. Surd. Consil. 127. n. 5.

§. VI. Subjectum duplex est, aliud Recipiens seu cui, aliud Patiens seu contra quod datum est. Illud est Civitas Hamburgensis. Sicuti autem jus non-provocandi seu extrema provocatio inter summa recensetur Regalia, huic consequens est, finiri appellationem in eo qui Majestatem habet, seu quod idem est, extremam constitui provocationem ubi Majestas est. Dom. Arum. ad Aur. Bull. discurs. 5. lib. 13. cuius ita proprium jus summae ac ultimæ cognitionis, ut ab ea avelli nunquam pos sit. Henn. Arnis. de fur. Majest. lib. 2. cap. 4. num. 3. Bodin. lib. I. de Republ. c. 10. Unde etiam supra cap. 1. §. 7. diximus, quod non nisi ab eo, penesquem τὸ κύρον & summa in Republica potestas est, illud concedi possit. Ita etiam ex parte subjecti Recipientis quodcumque de non-appellando Privilegium , semper jus superioritatis territorii requiritur: quod juscum & Civitati Hamburgensi, ceu Imperiali, com-

petat, dubium non est, quin capax hujus Privilegii fuerit. pari enim
passu Liberæ Imperii Civitates cum Principibus Imperii ambulant, uti
multis confirmat Ernest. Cothman. Consil. 29. n. 523. & mult. seqq.
vol. 3. habent namque in suo districtu & territorio jura Principis per
text. in l. prob. bere 3. §. plane 4. cum §. seq. ff. quod vi aut clam. Reink.
de R. S. & E. lib. I. class. 4. cap. 20. n. 12. propterea Bart. in l. in-
famem 7. n. 14. ff. de Publ. Jud. dicit: Civitatem Liberam tantum posse
in suo populo quantum Imperator in Imperio. Cum itaque Principes
Imperii hujus Privilegii capaces fuerint, cur non ergo etiam Liberæ Im-
perii Civitates, & sic per consequens Hamburgum capax esse possit.
Negat quidem Limnaeus P. 3. lib. 7. cap. 23. num. 7. Hamburgum im-
mediatam Imperii Civitatem esse, ex ea ratione, quod olim Duci Hol-
satiae præstiterit Homagium. Verum contrarium velex eo patet, quod
Woldemarus Dux Sleswicensis, qui auxilio Canuti 6. Regi Daniæ Ci-
vitatem Ottoni IV. Imperatori subtraxerat, Comiti de Orlemund no-
mine Albrechto donaverit, hicque Albrechtus Civitati libertatem pro
prætio 1500 marcarum puri auri concesserit. Spreng. in Inst. Jur. Publ. lib. 3.
cap. ult. quam libertatem postea Adolphus IV. Comes Holsatiae Civitati
confirmavit. Sic libera facta Civitas, titulotenus tantum sub Imperio Hol-
satiae Constitutum permanit, inquit, Dresserus de Præcip. Germ. urb. pag.
m. 308. Cum itaque Hamburgum hodie nullum superiorem recogno-
scat præter Deum & Cæsarem, facile videre licet, Immediatam & Libe-
ram Imperii Civitatem esse cons. Spreng. d. lib. 3. cap. 28. pr. Et quid
multis hoc deducere opus est! habemus hac de re expressam sententiam
in Augustissimo Cameræ Imperialis Judicio d. 6. Jul. Anno 1618. Spire
promulgatam, qua Urbs Hamburgensis Libera Imperii Romano-Ger-
manici Civitas & Imperatori atque Imperio immediatè subjecta declar-
atur. Refert hanc sententiam Lymnaeus §. 4. lib. 7. cap. 23. his verbis:
In sachen des Käpferlichen Fiscalis, amptshalber Kläger contra Hol-
stein / pro interesse, und Hamburg / ist die Sache vor beschlossen hie-
mit angenommen / darauf und allem futbringenden nach zu recht erkant/
das gedachter Herzogen vorgewendetes interesse, angeregter exemption
halber ungeachtet / Burgemeister und Raht der Romischen Käpferli-
Majestät / und des heiligen Reichs hohen Obzigkeit / und ohmmittel-
bahren subjection sich beklagter massen eigenes gewalts zu verbrechen /
und freizumachen / nicht geziemet noch gebühret / sondern daran zu
viel und unrecht gethan / sich dessen hinsucho gantzlich zuenthalten/ und das

das besagte Stadt Ihrer Kaisers. Majestat und dem Heiligen Reich ohne Mittel zuständig / unterworffen und verwandt / auch von männlich davor zu erkennen / und deswegen sie Burgemeister und Räht des Reichs anlagen / steuer und burden zu leisten / auch derselben ausstand zu bezahlen schuldig und zu solchen allen zu condemnieren und zu verdammen sein ; jedoch mehrere wehnten Herzogen ihre spruch und foderungen / so sie sonst gegen gedachte Stadt zu haben vermeynen / ordentlicher weise / Rechtes / ob sie wollen / auszuführen hemic unbenommen / sondern vorbehalten &c.

§. VII. Subjectum Patiens s. contra Quod Privilegium de Non-Appellando datum est sunt omnes litigantes coram Magistratu , sive sint Cives s. Extranei, Actores vel Rei, Nobiles vel Ignobiles, Urbani vel Rustici, Clerici vel Laici, immo licet quis forum alias personaliter privilegiatum habeat; omnis enim omnino prohibetur appellatio à quoconque etiam interponatur, in verb. privil. p. 402. also das nun hinsort in ewig zeit / von Bur- gern oder Unterthanen gemeldter Stadt Hamburg / und sonst man- nighch hohen und niederen standes niemand ausgenommen. Nam dictio universalis in negativa quoscunque includit. Bart. in l. generalia. §. uxori ff. de usufr. legat. Ludolph. Schrader de Feud. part. 10. sect. 5. num. 71. Burfat. Consil. 16. num. 48. Tantumque efficit quantum spe- cialis expressio, Cephal. Consil. 59. n. 11. Aym. Cravet. Consil. 469. num. 3. ac operatur non minus, quam si de singulis inspecie facta esset mentio arg. l. 23. pr. ff. de S. P. V. Surd. decis. 365. n. 30. Singulare quid tamen quoad Ducem Wirtebergicum notat Colleg. Jur. Argento- rat. lib. 49. tit. 2. tb. 2. n. 8. ubi distinguitur: si forensis contra sub- ditum agat in territorio illius Principis , qui hujusmodi quoque Pri- vilegio gaudet, an forensis reservaverit sibi à principio statim processus jus provocandi ad Cameram , an non: priori casu non obstante tali Pri- vilegio appellatio à Duce Wirtebergico permittitur, posteriori vero casu denegatur. Privilegium Hamburgensium autem eo quoque usque ex- tenditur , ut licet alias appellaturus immediate etiam Imperatori subje- ctus esset, si tamen vel ob continentiam causæ, vel ratione contractus, vel delicti, vel etiam ratione rei Hamburgi sitæ conveniatur , appellare non possit , quia tali casu pro subjecto quodammodo habeatur Ham- burgensi. Nec enim absurdum est hominem unum eundemque diver-

sit respectibus, diversoque jure ac diversis qualitatibus censeri, l. 16. ff.
de in Jus vocando cap. cum capella extr. de Privileg. cap. ex liter. de pro-
bat. ubi Gloss. in verb. vices duorum. latè Nicol. Everb. in loco, de tan-
quam seu respectivis Andr. Gail. lib. 1. Observ. 30. num. 8. Unde est
quod legimus, Carolum V. Imperatorem sibi ipsi, non tamen ut Im-
peratori, verum ut Archiduci Austriae, mandata dedisse his verbis :
*Wier Carl und Romischer Kapser / entbieten dier Carl Ertzherzog zu
Oesterreich Gerlac. Buxdorff. ad Aur. Bull. Conclus. 64. circ. fin. Sic,*
Imperator licet summum habeat Imperium, ac potentia & dignitate omnes
antecedat, adeò ut in secularibus nec Pontificis Jurisdictionem vel su-
perioritatem recognoscatur, Carpzov. Disput. de Privil. Elect. & Duc. Sax.
de Non-appellando cap. 1. pos. 10. num. 23. respectu tamen Feudi à Pon-
tifice dati, superiorem illum agnoscere tenetur lib. 2. Fend. cap. 100.
Incidenter adhuc primò hic movetur quæstio: An & persona Misera-
biles, quibus alias in L. un. C. quando Imper. inter pupill. &c. speciali-
ter hoc Privilegium datum est, ut statim ad Imperatorem provocare,
etiam in prima instantia possint, hoc Privilegio teneantur? ad quam
quæstionem affirmativè respondendum esse puto: quia Privilegium de
Non-Appellando serè eundem finem habet quem Imperator in Privile-
gio Miserabilibus Personis concesso intendit; nim. ut causæ eorum
statim & sine longiori licet sufflamine coram omnium superiore ex-
pediantur. Atque ita nullum ipsis præjudicium assertur, licet hoc Pri-
vilegium etiam illos teneat. In quantum enim à Senatu Hambur-
gensi non appellatur, perinde erit, siue statim in prima instantia ad
Senatum, siue ad Imperatorem provocent. Deinde etiam hic quæ-
ritur: An & Peregrinus reconventus Hamburgi appellare prohibeatur?
quod iterum affirmandum erit, propter connexitatem causa, &
quod reconventio cum conventione ejusdem naturæ est, Actorem
que jurisdictioni Judicis Rei subjiciat, cuius enim in agendo actor
observat arbitrium, eum habere & contra se judicem in eodem nego-
tio non dedignetur. L. Cum Papinianus 14. C. de sentent. & interlor.
omn. judic. l. 22. ff. de Judiciis Brunnem. in Process. Civil. cap. 10.
num. 1.

C A P. I I I.

De Materia seu Objecto.

§. I. Usto ordine justaque methodo ut procedamus posteaquam præcedente capite de Subjecto actum fuit, jam de Materia seu Objecto agendum erit. Ad quod generaliter referuntur causæ quæcunque sive Civiles sive Criminalis, sive Reales s. Personales, Capitales vel non Capitales in verb. pag. 402. von keinen bey-oder Endurhreil / Erkennis oder decret, so an ihren Stadt Gericht / und einen Raht daselbst ergehen / ausgesprochen und eroßnet werden. Et quanquam tres saltim exprimantur causæ civiles quarum duæ personales, mutuum nimirum & injuriarum actio, unaque realis vindicatio scil. ædificiorum urbanorum in verb. in sachen bekantliche schulden / Injurien oder scheltwozt und die geben der Stadt belangend / sub generali tamen subjuncta clausula, und sonstem gemeinlich in allen Sachen / da die anfangliche Klage / oder Hauptache nicht über Sechshundert gulden Heinisch in Gold / reliquas quoque causas comprehendi circumstantiæ suadent; quia alias finem, quem maximè respexerunt hoc privilegio promovendi nimirum administracionem, amputandique frivolam iustitiæ protractionem in verb. prg. 401. inf. So wurde doch je zu zeiten von denselben ihnen Gerichten / durch ihze Burger und Unterthanen / aus innoturst / und allein zur erweiterung gefehlzlichen verzug / verlengerung und ansäucht des Richtens / an uns und unser Keiferlich Cammergericht zu appelliren, unterstanden / daraus dan die volziehung gerechter und wolgesprochener Urtheile verhindert wurden / auch dieselbigen ihre Burger und Unterthanen sich selbst und ihze widerparteien in mercklichen schaden und verderben fühzten / welches dan gemeiner Stadt Hamburg / zu abnehmung ihrer Nahrung / und sonstem in ander mehr wegen zu hohen beschwerden gelangte/ minimè consequerentur. Unde non dubitandum, quin & ad emtionem venditionem, locationem conductionem, nec non quoscunque alios tam verosquam quasi contractus pertineat. Confirmatur hoc expressè à Ferdinandō II. Imperatore in declarione & extensione Carolini hujus privilegii Anno 1634. facta, quin & in specie ad transactiōes, causam dotis, litteras Cambiales omnesque honestos contractus & causas mercatoriat,

torias, nec non decreta gravamen irreparabile non continentia, cuius-
cunque demum summæ lis fuerit, ulterius producitur in verbis :
oder aber da sonst die Sache Schuldforderung betreffen thete / welche
nach verordnung 2 und 3 articles Tit. 20. & Tit. 40. art. 2. 3. & 4. Part 1.
Stat. Hamb. mit öffentlichen unsaubahren und unverfalschten Brief.
Und Siegeln / Handschriften / Willküren / Vertragen / Heprahls Ver-
schreibungen Wechselbriefen / und andern glaubwürdigen contracten, die
keine unehliche zusage in sich halten / wenn gehörter massen die Haupt-
summa auch 700. Goldfl. überzeugen thete / unangeschen die Ursache
der Schuld in der Obligation specificiret, und ausgedrucket / oder nicht/
könne bewiesen werden; der Debitor und beklagter aber demselben nicht
nachkommen / besondern ohne rechtmessige wohlbegründete Ursachen
von dem bestande / oder de viribus obligationis zweifelerregen / oder dar-
wieder vortheilhaftige und andere / als in obbesagten andern art. Statut.
Specificirte Auszuge und Exceptions gebrauchen / oder aber dieselbe
nicht alsbald und zum nächsten Gerichts-Tage / oder innerhalb der zeit/
da dem Debitori die bezahlung zuthun / ist auferlegt / mit gleich gülti-
gen glaubwürdigen Documentis, erwiesen wurde und sonst insge-
mein in allen Sachen / welche obermeldter gestalt nicht 700. Goldfl.
Steinsch am Haupt Summa ohne die zinsen / Schaden und andern in-
teresse, beweisslich überzeugen / oder aber der Stadt gebende / Injurien,
die sein verbal oder real, burger oder peinlich intentiret, wie auch in Sa-
chen Factoreyen, Mascopreyen, Boddemeryen, Wechselfrepen / Asscuran-
tien, und so auf rechnungen beruhen / auch sonst alle andere Kauf-
mans gewerbe und handel betreffend / desgleichen von schlechten beschey-
den / welche kein unwiederbringliches gravamen nach sich führen / son-
dern durch die Haupteschliche Erkanntis repariret werden können / oder
aber wen nach gesprochener Urtheil der Hidersallige teil umb anstand
oder Dilaton beym Rath oder Amtsgericht angescuchet / oder sonst die-
selbe Urtheil genehm gehalten.

§. II. Num & in criminalibus obtineat; videndum. Sanè cum in cau-
sis criminalibus poenam corporis afflictivam importantibus, nulla planè à
Camera recipiatur appellatio p. Recess. Imper. 1530. §. item als jetzt etliche-
95. Ord. Cam. P. 2. tit. 28. §. item naedem auch 5 Gail. lib. 1. Obs. 1. num 27. &
28. Rutger Ruland. de Commiss. P. 1. lib. 2. cap. 3. num. 8. domitiana omnino
quæstio esset, querere velle, num in his privilegium hoc de Non-Appel-
lando locum habeat; cum nec extra causam privilegii Appellatio in iis
detur. Quod si verò causæ istæ poenam corporalem non afferant, sed
mulctam saltim fisco applicandam, pro quantitate nimirum summæ dicti-
taræ, perindè ut in aliis civilibus, idem obtinere statuendum erit. Vid.
Mynsing. cent. IV. obs. 41. num. 4.

§. 3. De causis Matrimonialibus res non æquè expedita videtur, cum quantitatem litis sexcentorum florenorum excedere dici nequeant, nec matrimonia propriè æstimationem admittant, actionesque proinde ad alium planè finem, quam litis æstimationem tendant; enim verò quia causæ matrimoniales Ecclesiasticis accensentur *C. gaudemus 8. x. de divortiis.* *Limneus lib. 9. cap. 2. n. 186.* in quibus nec Imperatori nec Cameræ juris dicendi potestas relicta est; jure præprimis hodierno, quo post Osnabrugensem Pacificationem cuique Statuum Imperii in suo territorio vi superioritatis cura religionis jure proprio competit, *Textor ad Recess. Imp. Noviſ. Disp. xi. ib. 89.* idem omnino, quod de Criminalibus antea, hic quoque de Matrimonialibus causis dicendum, etiam sine Privilegio hoc, Provocationem ad Imperatorem vel Cameram, ob non fundatam illorum jurisdictionem, minimè concedi. Ut ut autem ad Imperatorem vel Cameram, ob dictas rationes appellari nequeat, non tamen omnes ideo provocationes in Matrimonialibus penitus cessant. Quemadmodum enim inter Status Protestantes singuli serè singula habent Consistoria sive Dicasteria Spiritualia, tam inferiora, quam superiora, in quibus causæ Ecclesiasticae tractantur; ita quotidie videmus in iis quoque ab inferioribus ad suprema Synedria appellari. Nescio autem quid sibi velit *Textorius d. Disp. xi. th. 90. p. m. 250.* inquiens: *Hodie tamen vel apud Status Evangelicos causa nonnulla de Jure Canonico inter Spiritualibus relate, veluti Juri Patronatus Decimarum &c. Sapius ad Iudicis secularis cognitionem vocantur, & id circa non dubitamus, in talibus appellations licitas esse.* Negatur enim de Jure Patronatus & Decimarum à Statibus Evangelicis Secularibus, cognosci. Nam ut taceam duplice representare personam Principem, Secularem & Ecclesiasticam, duplique inde & separata judicia Secularia habere; tantum abest, ut de Jure Patronatus & Decimis aliisque similibus causis Spiritualibus in foro Seculari agatur, ut potius omnes hujusmodi causæ ad forum Ecclesiasticum seu Consistoria remittantur: Neque ideo non dubitandum est, quod in illis (sicuti & in Ecclesiasticis aliis omnibus) appellations licet sint, sed ideo potius, quia & inter Protestantes Consistoria, ut dixi, inferiora & superiora habentur, adeoque ab illo ad hoc provocare licet: Insignem igitur errorem errare dicendus esset, si in hujusmodi materiis à Statibus Protestantibus appellari ad Cameram posse, ut videtur, statuerit.

§. IV. Porrò quæritur: An in Hereditatis petitione, ubi ad edendum

Inventarium vel juratam specificationem agitur, Privilegium de Non-Appellando locum habeat? quod itidem afferendum: quia nullum adhuc adest liquidum, nulla litis quantitas, ut adeo ignoretur, num massa hereditatis infra sexcentorum florenorum summam, an eam transcensura sit. In dubio igitur pro jure potius Magistratui s. Civitati quaesito pronunciandum videtur, cum nemo adeo dives presumatur, & saepe plus de facultatibus alicujus speremus quam in illis est. §. 3. f. qui ex quib. caus. Quod quidem minus dubii habet si Reus appellare velit, partim, quod sibi ipsi contrarius videretur, negare hereditatem, & tamen pretendere excessivam illius quantitatem: partim, quod appellaturus semper probare prius debeat excessum; quando igitur in mora est Reus edendi Inventarium, ipse in culpa est quod probari excessus nequeat. Aliud verò dicendum erit si Actor appellare velit, qui tamen cum juramento in item, credulitatis, admittendus videtur.

§. V. Demum dispiciendum: An in Injuriarum actione indistincte Privilegium de Non-Appellando obtineat, & quid si estimatoriè ad summam sexcentorum florenorum majorem actum fuerit? Resp. vindetur adhuc tum obtinere hoc Privilegium (1) partim, ob verba hic expressa & generalia (2) partim, ob rationem juris, quoniam injuriarum actiones admodum odiosæ, adeoque potius abbreviandæ quam extendendæ sunt per cap. odia. 15. de R. f. in 6. (3) quia fama hominis omnium rerum protiosissima & in æstimabilis est, graviorque oculorum amissione habetur. Brederod. tr. de Appellat. P. 1. t. 19. pag. m. 245. lit. C. adeoque licet actor ex sua opinione æstimet injurias mille aut pluribus etiam solidis, quia tamen de vera ejus quantitate, utpote ex moderatione Judicis tota demum constituenda, haud constat; dici non potest, quod summam appellabilem revera contineat libellus. Nisi fortassis Judex jam ad summam usque competentem, æstimationis quantitatem moderaverit. Imo quoties alias in puncto devolutionis dubitatur, utrum summa Ordinationi vel Privilegio sit conformis, tunc in Camera jurisdictionum appellanti defertur, sub hac forma: ut juret malle se carere tanta summa, quam ab interposita appellatione desistere. Ord. Cam. P. 2. tit. 28. §. und sonderlich 4. vers. und wo ein zweifel Breder. d. I. pag. m. 246. lit. A. Quanquam in actione Injuriarum etiam infra summam appellabilem Camera Imperialis appellations recipiat. Gafel. Spec. Jur. c. 33. n. 116. p. m. 733. Hac de re quoque in sic dicta Ordinatione Appellationis §. 5. Statutum est, quod, summa litis & rerum incerta,

si eam appellabilem neget adversarius, & Magistratui tam ratione poenæ, ab Imperatore, ob denegatam appellationis ad Cameram delationem, metuendæ, quam institutionis idoneam cautionem offerat, sententia executioni mandari debeat, *verbis*: *Ansall aber die taxatio Summa capitalis als in immobilibus und dergleichen ungewiss / auf solchen fall wiß*
CC. Naht / wen der Appellat darauf / das die Summa sich nicht appellabel befindet / beruft / und die inhibition wegen der poen und restitution genugsam verburget / mit der execution versfahren. evitare tamen executionem tali casu appellaturum posse, si vel per peritos rerum taxatores vel alia ratione puta per emtorem, adcertum pretium se offerentem, æstimationem illarum probare velit, nec æquitati nec rationi juris seu Privilégii contrarium æstimaverim, cummodo citra moram & protractionem malitiosam, intra definitum fortè ad hoc à Judice spacium, id fiat.

C A P. I V.

De Forma.

§. I. **C**onstituimus supra cap. II. §. 2. Privilégii nostri duas partes Prohibitivam sc. & Permissivam: utriusque sua peculiariis hic, qua distinguuntur, consideranda natura & forma est. Et cum in priori pro Formali certa litis quantitas, sexcentorum nimirum & ex Ferdinandina ampliatione, Septingentorum florenorum summa, in posteriori verò varia ab appellante præstanta exigantur, de singulis paulo distinctius agendum.

§. II. Quemadmodum autem Imperator & Camera non omnes indiferenter cuiuscunq; summæ appellationes recipiunt, sed primitus quidem eas saltim quarum valor 50. ad minimum florenos excedebat *Ordin. Camer. P. 2. tit. 28. §. und sonderlich 4.* postea vero ad centum quinquaginta in *Recess. Imper. Spirens. de Anno 1570. §. als Wier damit 66.* brevique deinde ad trecentos in *Recess. Imper. Spirens. de Anno 1600. §.* wie wol nun auch 14. & cum appellationes adhuc nimium frequentarentur, malitioso provocantium ausu, ad quadringentos usque thaleros in *Recess. Imper. Noviss. de Anno 1654. §. viertens sol 112.* novissime

summa appellabili aucta. In Camera hodie appellationes non admittuntur, nisi summam hanc quadringentorum thalerorum lites excedant, vel minimum compleant. *Mynsing. cent. 3. Obs. 89. Brederod. tr. de Appel. P. 1. tit. 19. pag. m. 244. lit. D. Gail. lib. 1. Obs. 123. num. 1.* ita terminos hos juris Communis de Non-Appellando ad Cameram ex singulare quoque gratia uni vel alteri Statuum Imperii dilatari quandoque atque ampliari ab Imperatore posse, exemplo præsens hoc nostrum Hamburgensium Privilegium est, à Gloriosissimo Imperatore Carolo V. Ad sexcentos & à Ferdinando II. Anno 1634. d. 14. Mart. ad septingentos usque florenos extensum in verb. und darum mit wol bedachten Much / guten zeitigen Raht und rechten wissen den vorzogenen Bur- germeister und Raht der Stadt Hamburg solch ihr vorgedachtes Privile- gium, als jetz regierender Romischer Kaiser in allen und jeden Clausulen, Articeln inhalt/ Meinund Begreiffung nicht allein gnediglich erneuert con- firmiret ratificiret und bestetiger / sondern auch denselben aus Gnädigster zußhnen tragender affection diese besondere Gnade gehan/ und die summa der 600. Goldgulden darauf gedachte Stadt befreiet / noch weiter / und nem- lich auf 700. Goldgulden gnediglich extendiret, erweitert und erhöhet/ also und dergestalt / das in keiner sache / so an der Haupt Summ we- niger als 700. Gulden antzif nicht appelliret, sondern den ergehen- Urtheilen ihres inhalts wureklich pariret werden soll.

§. III. Pro Formali igitur, ut ex jam allegatis verbis percepimus ; Privilegii hujus requisito habendum, ut summa litis 600. vel hodiè 700. florenos non excedat. Unde nec dubium est quin locus eidem detur, si eam quantitatem saltim attingat, vel exæquet, per verba illius expressa pag. 403. gemeiniglich in allen sachen da die anfengliche Klage oder Hauptfache nicht über 600. Gulden Steinisch in Gold/ sondern 600. jetz gemeindter Gulden oder darunter wehrt were. & paulo post pag. 404. Macht und Gewalt haben sollen und mugen/ solche urtheil / die also 600. Gulden Steinisch in Gold oder darunter betreffen / zubollenziehen. Ita enim omnino locum illum ex Lymnæi formula in Part. 3. Jur. Publ. lib. 7. c. 23. relata, à contradictione liberandum, eliminandum que proinde vocabulum darüber / utpote incuria haud dubiè typographorum, in nova etiam editione insertum , existimamus. Cœte- rum præter summam, in eo quoque præ communi illo, ex Recess. No- viss. de Anno 1654. §. 112. omnibus Imperii Statibus, de Non-Appel- lando

lando ad Cameram competente, Privilegium hoc nostrum prærogativum gaudet, quod majorem præcise 600 florenorum summam Appellabilem requirat, illud vero Appellationem admittat, etiamsi litis quantitas 400 Thaleros non transcendat sed saltim exæquet; prout haud obscurè colligere est. *ex Recess. Imp. d. Anno 1600. §. wie wol nun 14. ver. bis. das nun hinsuþro keine appellations sache / da die klage unter 300. Reichsguldener haupt geldes were &c.*

§. IV. Cum florenorum s. aureorum sèpè haec tenus facta fuerit mentio, operæ præmium erit, verum eorum valorem accuratius inquirere. Varius autem aureorum der Goldgulden oder Steinischer Gulden in gold valor subindè fuit. Audiamus hac de re *Math. Wehnerum in Obs. Pract. voc. : Goldgulden pag. m. 185. in Reichs Abschiede / inquit, zu Auspurg de Anno 1551. §. nemlich als sich bishero 36. hat der Goldgulden 18. Batzen. & Anno 1559. in der Muntz Ordnung. rubr. und sind dis die fremde silberne §. Hierauf so ordnen &c. 66. 18. Batzen und 3. Kreutzer golten. Darnach ist er immer gestiegen / das sie hodie 7. oztg gulden h.e. 26. Batzen ein Kreutzer gelten. Haec tenus Wehnerus.* Duplex vero aureorum Rhenensium appellatio est, propria sc. & abusiva. Propria est de aureis in auro, vulgo goldgulden oder Steinische gulden in Gold: abusiva est, de vulgaribus & usitatis, sa gulden oder Steinische Wehrung genant werden, quorum unus constat 15. bacionibus vel 60. crucigeros *Mynsing. cent. 5. obs. 83.* Quando igitur in Privilegio nostro aureorum Rhenensium fit mentio, dubium non est, quin in propria & famosiiori significatione, von gold gulden / accipiendi sint; maximè cum vocabulum in Gold expressè sit additum, quod in dubio aliter quam von gold gulden interpretari haut licet. *Mynsing. cent. 1. Obs. 65.* quando enim verba non possunt referri nisi ad unum casum, tunc de eo necessario intelligenda l. 2. ff. liber. & posthum. l. fundus. cum seq. ff. de Instruct. Jason. in l. qui Roma §. duo fratres. num. 62. de V. O. Wehner. Obs. Pract. in voc. gold gulden. De estimatione & computatione horum aureorum ita differit *Lymnaus in Not. ad Jus Publ. P. 3. lib. 7. cap. 23.* jeder vermoge des Nidersächsischen Kreises neuen Wuntz-ordnung. 20. Jan. Anno 1610. zu 33. silber Groschen 4. gute pfennige gerechnet thut 44. und $\frac{2}{2}$. Schilling Lubsch / machen 834 Zahlthaler 12. Schilling: oder jeden zu 36. silber Groschen / thut 900. Zahlthaler oder 1028. Reichs gulden 12. silber Groschen / den Gulden zu 21. silber Groschen. *huc n.sqec*

usque Linneus. Ex quo ipso nova hujus Privilegii nostri , præ antiquo Statuum communis per Reces. Imp. de anno 1600. §. 14. ad trecentos usque florenos impetrato de Non-Appeilando beneficio eluet prærogativa , cum illi non aurei Rhenani , sed Imperiales saltim floreni fuerint , in veth. da die Klage unter 300. Reichs-guldenet &c.

§. V. Præterea in summa hac appellabili ordinationis & Privilegii non respicitur quantum revera debeatur , aut à Judice à quo adjudicatum , sed quid ab actore petitum sit ; cum in jurisdictione judicis fundanda quid petatur , & non quid pronuncietur , considerari debeat. *I. 19. ff. de Jurisd. Gail. lib. 1. Obs. 123. num. 3. Brederod. de Appell. P. 1. tit. 19. pag. m. 245. lit. b.* quod etiam rationi maximè conveniens est ; præpostorum enim esset , de causa cognoscere , deinde de jurisdictione pronunciare , cum intelligi non possit , quantum debeatur nisi causa cognita. *Cletzel. de Appell. cap. 3. num. 23.* & ita in Camera Imperiali judicatum esse in causa Senatus Oppidi Bibracensis , contra D. Joan. Schad. 7. Maii anno 1543. & plerisque aliis testatur *Mynsing. Cent. 2. Obs. 9. num. 9.* Nec obstat quod alias dicitur : ad judicem pertinere , ut discutiat veritatem & cognoscat de eo quod verum est , non quod petatur , quia hoc procedit quod ad definitionem causæ , in qua dubium non est requiri disquisitionem veritatis : secus autem est , quoad fundandam jurisdictionem , ad hoc ut judex procedere & cognoscere possit : sufficit enim tunc respicere petitionem agentis , quoniam juxta id quod petitur jurisdictionem metimus. *Mynsing. d. l.* Et hoc facilius fortè conceditur in Actore appellaturo , sed , quid si Reus in minorem v. g. sexcentorum florenorum summam condemnatus sit secundum Privilegium nostrum , non contradicente Actore , Reues autem ob id appellare ad Cameram vellet , quod summa in libello petita major fuerit ? minimè hoc permittendum esse videtur , ob diversitatem rationis quæ hic pro Actore militat ; utpote cuius gravamen , propter quod appellare cogitur , in eo maximè consistit , quod Reus in minorem summam condemnatus fuerit quam ipse petierit : Reo autem non solum gravamen nullum inde nascitur , sed etiam commodum certissimum ex tali sententia ipsi sperare licet. *vid. Ruland. de Commiss. P. iv. lib. 8. cap. 13. num. 14.* ubi dicit : *in Actore summa petitionis : in Reo autem summa adjudicata considerari ; idque præjudicio confirmat.*

§. VI. Quid , si Sors petita summam appellabilem non excesserit , postea autem usuræ & expensæ , finita post aliquod annos lite , actori adju-

adjudicatae, summam illam transcendent? Rsp. Hac in re in diversas itum sententias esse, videre est, apud *Præjudic. Camer. Authorem in verb. appellatio in genere* fol. 18. & 36. ibi: *appellatio in Camera & fol. 121. in verb. exceptio ibi: de exceptionibus & Compilatorem quest. Contr. &c. in procœmio* fol. 3. *Ruland. de Commiss. P. IV. lib. I. cap. 16.* ubi pro utraque opinione præjudicia affert. referente hec ita *Clezelio tr. de Appellat. cap. 3. num. 28.* Posse autem summam sortis per usuras & expensas cumulari pro excludendo Privilegio Appellationis, in specie tenet *Mynsing. cent. V. Obs. 83. num. 5. Gail. lib. I. obs. 123. n. 3. per text. in l. si idem cum eodem. II. ff. de Jurisd. & in l. f. C. de Appell.* ubi tamen in sequentibus etiam exceptiones tradidit. Huic sententiæ assentitur etiam *Joan. Melch. Clezel. tr. de Appellat. cap. 3. num. 28. propter l. si plures §. summae 2. ff. de Patis.* Optima tamen mihi videtur sententia eorum, qui distinctione rem expedient, inter tenorem scil. Privilegiorum distinguentes: utrum nempe de causa principali definitè, an de lite indefinitè loquuntur; verb. gr. si Privilegii verba ita concepta sint: da die anfengliche Klage oder Hauptache nicht über sechshundert gulden &c. werht were. vel ita: da die sache nicht über sechshundert gulden &c. werht were. Priori casu usuræ & expensæ cum sorte conjungi non possunt; posteriori verò summæ cumulari possunt, arg. l. 10. ff. de *Appellat. Carpzov. dissert. de Privil. Elekt. & Duc. Sax. de Non-Appellando* pos. 14. n. 60. *Clezel. d. l. Gylm. in Symp. tom. 4. part. I. vot. 46. n. 4. & seqq.* Privilegium igitur nostrum cum expressè de sorte von der anfenglichen Klage und Hauptache pag. 403. tantum loquatur satis inde colligere est, non excludi hoc privilegium, tametsi etiam usuræ alterum tantum exsuperent.

§. VII. Quod si tandem summa litis sit appellabilis h. e. secundum Privilegium nostrum, sexcentos florenos excedens, nec causa controversa per se alias beneficium Appellationis excludat, veluti sunt Matrimoniales, Criminales, Injuriarum & his similcs, de quibus præcedente capite dictum fuit; varia ab appellante præstanta sunt, & quidem vel Judicit tantum, vel Appellato vel Utrique. Judici I. vel exhibere debet intra decendum Appellationis schedulam, vel stante pede etiam oretenus appellare potest; quod si appellans horum nihil fecerit, sententia in rem judicatam transit. Quod quidem non hocce demum Privilegio, sed ante illud, Jure etiam Communi jam tum introductum novimus anib. hodie *C. de Appell.* Varia autem Jure Civili circa Appellationem obser-

observanda sunt fatalia, quorum olim septem tradiderunt *Ang. Bero in c. cum. juri Romana. n. 23. de Appell. & Præpos. Mediol. in c. personas eo n. 2.* Primum est Appellationis intra decendum à tempore publicationis interponendæ. Secundum, ad eam Appellationem in esse productam fomentandum, h. e. 30. dierum ad petendum Apostolos. Tertium, ad ipsam Appellationem sublevandam, i. e. ad præsentandum Apostolos Judici ad quem. Quartum, postquam Appellatio sublevata est, ad eam effectualiter in esse introducendam, nempe ad præsentandum ipsam appellationem Judici ad quem. Quintum, ad informandum causam appellationis. Sextum, ad justificandam Appellationem. Septimum & ultimum, ad ipsam Appellationem finiendam. *Jul. Cæsar. Ruginellus in Comment. ad Cæsar. Conſtit. in Tit. de Appell. §. 10. Glos. 2. num. qu. 4.* Hodie verò, secundum Jus Civile Appellationum fatalia quatuor numerat *Brunnemannus in Reperi. Parat. Weſenb. tit. Quando Appell. q. 1.* Quorum (1) Interponendæ Appellationis, quod olim erat biduum in propria, triduum in aliena causa p. l. 1. §. biduum 5. & sq. ff. *Quando Appellantum. l. eos 6. §. f. C. de Appellat. hodie, uti dixi, est decendum, auth. hodie. C. de Appell. Nov. 23. c. 1.* quod prorogari partium consensu vel à Judice nequit, *Gail. lib. 1. Obs. 139. n. 6.* Hoc tempus à principio utile est & in progressu continuum, unde non currit nisi à tempore scientiæ l. 1. §. 7. ff. *Quand. Appellant. Gail. d. l. n. 7. Brunnem. Process. Civil. cap. 28. num. 43.* & quia continuum est curritque de momento in momentum à tempore publicatæ sententiæ, die quoque feriato interponi potest. *Carpzov. Process. Jur. T. 18. Art. 3. §. 7. n. 32. seqq.* Post decendum autem exhibita, in admissibilis vox unzullessig pronunciatur. Eoque resero verba extensi ab Imperatore Ferdinando Privilegii: oder aber wen nach gesprochenen Urtheil der Niederrellige theil umb aufstand oder dilation bepm Nahe oder Unter-Gericht angesuchet / oder sonsten dieselbe Urtheil gemeyn gehalten &c. sol die Appellation nicht aufgenommen werden / quæ ita interpretor: quod pars gravata, si sententiam à viribus rei judicata intra decendum non suspenderit, sed executionis saltem dilationem petierit, elapso decendio ad appellantum amplius admitti haud debeat. Atque adeo non nudæ petitioni dilationis sed elapso potius interponendæ Appellationis fatali in admissibilitatem Appellationis (ut vulgo dicitur) tum adscribo; adeoque non dubito, si post petitam & impetratam dilationem quis appellare insuper intra decendum velit, Appellationi locum fore: quin & in simili cautelæ loco gravatis commendat *Gailius lib. 1. Obs. 140. n. 9. seqq.*

seqq. ut, altera parte amicabilem compositionem promittente vel etiam tentante, non intermitte, durantibus etiam pacis & concordiae tractibus, pro suspendenda interim sententia, appellationem interponere, ne elapo postea decendio à dolo & simulante adversario, ea excludatur. (2) Tempus petendi apostolos, quod est 30 dierum à tempore latæ sententiæ computatorum p. l. 24. C. de Appell. qui etiam terminus edendorum actorum Novell. 126. c. 3. Hoc tamen ductu Ordinationis Cameræ non amplius est necessarium P. 2. tit. 30. §. 1. sed valet Appellatio, & in Camara recipitur, etiamsi libellus dimissorius, vel apostoli petiti non sint (3) Introducendæ vel præsentandæ Appellationis: hoc tempus est in arbitrio Judicis à quo, nisi Statuto aliquod sit determinatum; in Ordinatione Cameræ Appellantibus sex menses ad introducendam Appellationem conceduntur part. 2. tit. 30. §. 1. qui terminus à Judice à quo minui quidem, non prorogari potest. Gail. lib. 1. Obs. 140. n. 2. &c. 3. Si vero ob loca nimis diffusa, tempus sex mensium non sufficeret, à Judicibus & Assessoribus Cameræ prorogatio imputranda erit. Ord. Camer. d. t. 30. §. 2. vers. und in fall. Gail. d. Obs. 140. n. 7. ubi plures casus adducit, quibus existentibus prorogatio hujus termini peti potest. Et hoc tempus s. à lege s. à Judice sit præsumendum, strictè observari debet; eo enim elapo, perinde Appellatio deserta efficitur, ac si intra decendum interposita non fuisset, p. text. in c. sape 43. §. salvis de Appell. Phil. Franc. ibi num. 15. tex. in c. cum sit Romana. 5. ubi elegans Gloss. in verbo recisus & in c. personas 4. eod. tit. Gail. d. Obs. 140. num. 1. Mynsing. cent. 6. Obs. 12. num. 2. & seqq. Hujusmodi autem fatalia introducendæ appellationis, non à die latæ sententiæ, sed à tempore interpositæ Appellationis, currere incipiunt. Gail. d. l. num. 1. Carpzov. Process. tit. 18. Art. 4. n. 3. & seqq.

§. VIII. (4) Prosequendæ seu justificandæ Appellationis: ubi Appellant Jure communi annus & ex justa causa biennum conceditur. Quo tempore decurso, si appellationis causa nondum sit finita, Appellatio erit deserta, & sententia à qua transit in rem judicatam. p. text. notab. in auth. ei qui. C. de temp. Appell. & in l. fin. §. illud. C. eod. C. oblatæ 57. §. licet igitur, & c. cum sit Romana extr. de appellat. in Camera vero hæc & similia fatalia non currunt propter multitudinem causarum teste Gail. lib. 1. Obs. 141. num. 7. Mynsing. cent. 2. Obs. 48. Sed ad propositum nostrum ut revertamur! Currit decendum Appellationis de momento in momentum, & sic ab hora sententiæ latæ ad horam

diei undecimi, si dies sententiæ computetur, neque hic diversum quid in Privilegio à Jure Communi Statutum est, quin potius expressè se Privilegium hoc ad Juris Civilis dispositionem refert *in verb. pag. 404.* so den appellirenden zu Recht angesetzet id est, Jure Communi jam jam definitum est, sicuti etiam supra diximus. II. Appellans Judici una cum schedula offerre debet florenum Hamburgensem qui hodiè est ducatus Hamburgensis, & quidem, ut loquimur, in specie; nec sufficit aestimationem in alieno genere numismatis offerre, prout hæc quotidiana nos docuit fori observantia. Hic queritur: An non-oblato floreno Judex ob id detrectare Appellationem possit, hacque deserta fiat? an verò statim effectum suspensivum Appellationis insinuatio consequatur, & appellans debitor saltim maneat Judici pro illo floreno? Et licet prius affirmandum videatur *arg. verb. Privil. pag. 405.* und so das beschicht / so sollen alsden solche appellationes aufgenommen und zu gelassen werden; daraber jemand solches obbeschriebner massen nicht thete oder thun wolte / alsden sollen und mögen die obgemeldten Burgermeister und Räht zu Hamburg ihre gesprochenen Urtheil / Erkentniß oder Decret nachfolgen / und zu endlichen anstrage / wie sich gebühret mit recht vollen strecken und exequiren. Posteriorius tamen & sane rationi & analogiæ Juris convenientius erit: (1) Quia appellans posset esse pauper: cui nec Jure Civili fatalia tam introducendæ quam prosequendæ Appellationis currunt. *Gail. lib. 1. Obs. 142. n. 1. Cletzel. de. Appell. cap. 5. num. 138.* (2) Casu quandoque evenire posset, ut quis im promptu non habeat pecuniam, maxime si ultimo momento descendii offerre Appellationem vellet. (3) Quia Judicis officium non in lucro captando cum alterius damno consistere debet *p. l. 206. ff. de R. F. & c. 48. de R. F. in 6. præprimis cum* (4) alia via Judex expensas illas consequi possit, retinendo scilicet acta, vel non prius præfigendo terminum, nec emittendo citationem. Nec (5) obstant Privilegii verba superius allegata; ea enim ad posteriorius membrum, ubi de juramenti & cautionis præstatione agitur, saltim referenda sunt. Ita in terminis *Gail. lib. 1. Obs. 124. ubi num. 2.* dicit: quod ejusmodi Appellationes in Camera recipiantur, etiamsi non sit coram Judice à quo, Statuto vel Privilegio satisfactum; sufficit enim si appellatus offerat in Camera Imperiali se satisfacturum Statuto vel Privilegio. Rationem addit hanc: quia hujusmodi qualitas vel solennitas non est de substantia Appellationis, cum post interpositam Appellationem fieri possit.

§. IX. Præstanta ab Appellante in eo potissimum consistunt (1) quod Appellato cavere debeat in casum succumbentiae vel desertæ etiam Appellationis, de solvendo eo quod ipsi in priori instantia à Senatu adjudicatum est, & de resarcendis damnis, restituendisque expensis, & quidem vel datis fidejussoribus vel pignoribus. Quod si Appellans his cavere non possit, & Appellatus jurata cautione contentus esse nolit, incarceratione sui corporis cavere necesse habet. Quæ omnia exactè cum Jure Civili hodierno conveniunt. Jure Civili veteri quidem pignoratitia cautio in judiciis non recipiebatur, sed saltem in contractibus, *Mollenb. Divis. cent. 1. divis. 43. lit. (a) n. 2.* quando enim Prætor satisfactionem ab aliquo exigebat, is non pignora sed fidejussorem dare tenebatur. *l. 7. ff. de Prætor. Stipul. Struv. Exerc. v. ib. 21. Trenit. vol. 1. disp. 5. tb. 2.* & licet secundum *l. 25. ff. de R. J.* plus cautionis in re sit quam in persona, tamen quoniam cautiones prætoriae ut plurimum super eo quod interest, quodque certam estimationem non habet, interponuntur, non pignora, cum quæ aut qualia deponenda sciri non possit, sed fidejassores dari voluit Prætor. *Bacchov. ad Trenit. d. tb. 2. lit. A.* Præterea non tantum securitatis causa satisfactionem exigebat Prætor, prout sit in contractibus, *in pr. Inst. de Fidejuss. sed etiam ob facilitatem conveniendi. l. 1. ff. s. quis in Jus voc.* Fidejussor enim idoneus, non solum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate, dicitur *l. 2. in pr. & l. 7. ff. qui Satisd. cog.* Facilius autem olim à fidejussoribus exigi debitum poterat, quoniam ante principalem recte compellabantur *l. 3. & t. t. C. de Fidejussoribus*, quam à pignoribus: quæ non semper emptorem inveniunt, & non nisi varia circumductione distrahuntur. *t. t. ff. & C. de distr. pigr. Wesenb. in Parait. tit. qui Satisd. cog. n. 7.* Cum verò jure novo fidejussor non conveniatur nisi excusso prius principali. *Nov. 104. pr. & auth. Præsente. C. de fidejusß.* hinc hodiè etiam pignoribus in judicio caveri potest, adeò ut in arbitrio Actoris sit, utrum fidejussoribus an pignoribus cavere velit. *Carpzov. Process. tit. 9. art. 5. §. 2. & P. 1. C. 5. def. 7. Hahn. ad Wesenb. d. t. num. 4.* cuius cautionis formula Privilegio huic subjuncta habetur in Statutis Hamburg. p. m. 411. Quod si quis idoneos fidejassores aut pignora dare nequeat, ad juratoriam cautionem admittendus est, *§. sed. hodie. Inst. de Satisd. auth. Generaliter C. de Episc. & Cler. Carpzov. Process. d. Art. 5. §. 3.* qua obtinere debet, quod nec pignora habeat, nec exhibita licet omni diligentia, credat, se fidejassores aut pignora sufficientia in-

venire posse, promittendo simul de se sistendo quovis tempore in iudicio. Nov. 134. c. 9. Carpzov. d. §. 2. n. 31. Formula ibi consueta ita se habet: Ich lobe und schwere zu Gott dem Allmechtigen / daß ich die vermege Hamb. Privilegii Appellationis, mier obligende caution, mit gungssamen Burgen oder pfanden zu bestellen nicht vermag / und weis ich zu dieser Eidlichen Caution gelassen werde / als verpflichte ich mich hieinet / aus dieser Stadt jurisdiction und gebiete fluchtiger weise mich nicht zugegeben / auch auf den fall ich dasjenige welches wieder mich erkant / oder künftig erkant werden mogte / mit meinen gutern nicht wurde bezahlt werden kommen / alsden solehe in gefanglicher haft mit meinem leibe zubussen. So währe mier Gott sol helfsen und sein heiliges Wort. Tale autem Juramentum, ut alia omnia à litigantibus in propriâ personâ præstandum est. vid. Stat. Hamb. P. I. Tit. 34. art. 10. Neque hic simplex assertio in vim Juramenti facta sufficere videtur, tametsi appellans ratione religionis suæ alias non juret ut Ministæ, ne superstitioni eorum soveatur, maximè cum juramento, pro obtainenda veritate in se malum non sit; Conf. Philipp. ad Dec. Nov. 1. obs. 2. n. 28. sqq. aut Clericus fuerit, nam etsi alias & adsertionibus eorum simplicibus major fides tribuatur, quoties tamen corporali juramento opus est, ut hic, toties promissio hujusmodi minimè sufficit. vid. Jerem. Seitzer de Juramentis l. 3. c. 3. n. 115. Nisi Reus de fuga sit suspectus, quo casu ad juratoriam cautionem non est admittendus, sed potius arrestandus. Wesenb. in Paratice. tit. qui satisd. cogantur. num. 20.

§. X. Et quanquam alias tria requirantur, ut de fuga suspectus capi pollit, teste Gail. lib. 2. Obs. 44. num. 5. Primo, ut debitor tempore contractus, opinione creditoris pro idoneo & solvendo habitus sit: scienti enim & volenti non sit injuria. l. cum donationis. 34. C. de Transact. cum similibus. Secundo, ut debitum sit certum & liquidum, ex chirographo debitoris, vel instrumento publico, aut testibus probatum. Tertio, ut juramento creditoris suspicio fugæ judici probetur, idem tamen n. 10. testatur: requisita ista de consuetudine tam exactè non observari, præsertim in forensibus, s. extraneis & advenis: quia Arresta in Germania passim contra debitores extraneos & advenas ad simplicem creditoris petitionem permittruntur, ad eum potissimum effictum, ut creditorem securum reddant debitores, datis pignoribus vel fidejussoribus; hoc in loco tamen vi Statutorum sufficit, nec fidejussores nec pignora ab eo proferri posse. (2) Requiritur ut juramentum præstetur

stetur Appellationis tam Judici quam Appellato. Illi quidem , ut se
 purget à suspicione illusionis Judicis, quodque non frivolè aut calum-
 niandi tantum animo , se ab illo gravatum dixerit p. verb. Privil. pag.
 404. derselbe soll den Maht in Hamburg diese gelubde und eid zuthun
 schuldig sein / als das er von ihren Urtheil / Erkenntnis / Proces / Ent-
 scheid oder Decret nicht Gefehrlich &c. appelliret. Atque sic pro con-
 servanda authoritate Senatus juramentum præstandum est ; inest enim
 omnino Appellationibus semper quædam quasi iniquitatis tacita accusa-
 tio , dum appellans se justam causam legitimaque gravamina appellandi
 habere prætendit, sequè adeò læsum conqueritur : unde etiam ortum ,
 ut pro avertenda hujusmodi sinistra suspicione protestatio gravaminibus
 præmitti soleat , his ferè verbis befindet sich jedoch salva dominorum
 concipientium autoritate, dadurch hochlich graviret &c. hinc ex Seilero
 resert Gafel. in Specul. Jur. cap. 33. n. 121. appellantem, qui à Camera ad
 Pontificem provocaverat , propter ignominiam , hoc ipso Imperatori
 illatam , centum marcarum auri mulcta punitum fuisse Anno 1512. d. 20.
 Febr. his sententie verbis: P. P. Das denen Beklagten ihre appellation
 von einem Urtheil / an diesen Cammer-Gericht gesprochen / an Pabst-
 liche heiligkeit / gethan / a'z zur Schmag Veracht- und Verletzung
 Kaiserslicher Majestat / Hoheit und zur abbueh derselben Majestat .
 Mit des heiligen Reichs-jurisdiction , surgenommen / Keines weges ge-
 ziemet / sie auch derohalben die Poen der Rechten und andere merkliche
 busse und straffe verwickelt haben / darinnen wir si gefallen zu sein er-
 klehren / und solche poen auf 100. March lotiges goldes in der Kaiserl.
 und des Reichs Fiscim zu bezahlen messigen. Huic verò , nimurum
 appellato , juratur , quod non animo protelandi aut impediendi justi-
 tiam adversarii id fecerit p. verb. pag. 404. oder der wiederPatzep ihre
 gerechtigkeit aufzuhalten oder zuverhindern appelliret / suppliciret oder
 reduciret. Imo ipsos quoque Advocatos , quod non protelandi litens
 Clientis sui animo appellaverint , jurare debere quotidiana testatur experientia : formula autem usitata , quâ hoc ipso adhuc Anno 1690. d. 16.
 Julii , juratum novi , talis est : Ich schwere zu Gott und auf das heilige Euangelium , daß in Appellations Sachen NN. contra NN. ich als
 appellanten Advocatus eine gute Sache zuhaben glaube / das ich auch
 keinen immotheutigen gefehrlichen ausschub der Sachen begehret / son-
 dern allein zur Rettung appelliret , und so oſte ich in rechten befraget
 werden

werde / die warheit nicht verhalten / auf des gegenheils vorbringen oder erzehlung der geschicht in allen seinen umbstenden ohne gefahrde antworten / und sobald ich aus den beweishumern oder sonstien in progressu der Sachen finden werde / das ich eine ungerechte sache habe / davon abstehen / und mich deren gentlich entschlagen wil / von meinen neuen einbringen / so mier bereits beyder Appellation vorkommen / oder in volfuhrung derselben vorkommen mochte / in erster instanzt keine wissenschaft gehabt / oder dieselbe dazumahl einzubringen nicht vermoechte / oder fur undienlich und unmotig geachtet / sondern numehr daſſe halte das. Sie mier zu erhaltung rechtens dienlich sey / auch in dieser Sachen niemand anders den densenigen / so das recht zuleſt / ich etwas geben oder verheissen will / damit ich die Achtel erlangen moge / alles getreulich ohne gefarde. So wahe mier Gott helfen soll und sein Heiliges Wort.

C A P. V.

De Fine.

§. I. **F**inis, quem Imperator Carolus V. in Privilegio nostro intendit, hic est: ut litium protractiones amputentur, & fri volè appellantium malitiæ coercentur. Ut enim lites celeriter & sine ambagibus technique fraudulentis expediantur, omnisque occasio summoveatur, omnis Legislatoris intentio vertitur. *Corn. Conf.* 324. n. 7. in pr. vol. 1. ex Bart. in *Præfat. ff. Becc. Conf.* 21. num. 9. *Lucas de Penna l. monente.* 2. n. 17. *C. de delat. lib. 10.* quod pluribus deducit & firmat *Sola ad Const. novas in præfat. n. 15. cum seq. Vivius decif. 178. num. 8. 9. & seqq. Vasquius Controv. usu. freq. lib. 2. c. 10. n. 2. Marcell. Cala de art. & prob. modo §. I. gl. 1. num. 1. & aliq. seqq. Camill. Borell. in pragm. odia litium §. I. gl. 1. per disc. de *Compromiss.* Et sic per consequens etiam ut subditorum damna & ruinæ evitentur; *de quo verb. Privilegii pag. 401. & seq.* So wurde doch je zuzeiten / von denselben ihren gerichten / durch ihre Burger und Untertanen / aus unmotwest / und allein zur erweiterung / gefahrlichen Verzug /*

verzug / Verlängerung und ausflucht des Rechtes / an uns / und un-
ser Kapitelich Canunericht zu appelliren unterstanden / daraus dan
die vollziehung gerechter und woll gesprochner urtheilen verhindert
wurde / auch dieselben ihre Burger und Unterthauen in mercklichen
schaden und verderben führten / welches den gemeiner Stadt Hamburg
zu abnehmung ihrer nahrung / und sonst in andere mehr wege zu
hohen beschwerden gelangte. Multi enim vana spe, quam de lapide vi-
ctorioso conceperunt, opes conterunt, donec tristissimum litis even-
tum experiantur, & Chimistarum præmium, nimirum mendicitatem
sentient. *Uyl. in Cenſt reg. ad curiarum presid. auctor. pertinet. c. 1. f. 19.*
in quos perappositi quadrat sententia Chilonis, inter septem Sapientes
relati, aureis literis Delphis consecrata: Comitem æris alieni & litis esse
misericordiam, ex Plinio lib. 7. c. 32. Petr. Greg. Thol. de Republ. lib. 1. cap. 6.
sect. 14. Nam etiam si quis causam habeat optimam, victoriam tamen
sibi certo promittere non potest. Maximè cum & Spiræ undiquaque
appellationes concurrant, atque adeo ob multitudinem earum, lites
ferè immortales siant, prout supra c. 1. §. 9. inf. & c. 2. §. 4. ex parte
ostensum est; idque nec minus Hamburgensium judicatis accideret, si
promiseuē ab iis provocare permitteretur; nam uti alias illud beneficium
dicitur asylum innocentia & defensionis, nec non tiriaca contra senten-
tiae injustæ venenum; ita hic propter abusum esset veluti antidoton con-
tra justam sententiam. *Andr. Knich. de Saxon. non provoc jure verb. jus. cap. 3. n. 59.* Quapropter jura summopere insudant, ut lites conse-
quentur finem *I. 21. f. si certum petatur I. properandum. 13. C. de Ju-
diciis.* Quippe Reipublicæ maximè interest, ne subditi litium expensis
consumantur. *Rimin. Jun. Consil. 321. n. 42. lib. 4.* Ideoque non im-
merito Appellatio, maximè in rebus parvi præjudicii, veluti otiosa
& nociva rejicitur.

C A P. V I.

De Effectu.

§. I. **E**ffectus hujus Privilegii varius est; alius (1) respectu con-
cedentis seu Imperatoris est, quod & ipse & ejus Successores
id relinquere Hamburgis integrum & inturbatum te-
neantur *de quo Vld. supra cap. 1. §. 9. & 10.* obligatus enim est Prim-
ceps

eps non ex contractu & privilegio solum suo , sed & antecessorum suorum , sive is hereditario sive electionis jure succedat . Bart. in l. prohibere §. plane num. 5. ff. quod vi aut clam . Cravet . Consil. 404. num. II. Peregrin. de Jure Fisci lib. I. tit. 3. num. 45. si nimis contractus justae sint , & Republicæ bono non adversentur . A. Perez. in Cod. ad tit. d. LL. num. 16. Nam justitiae ac rationis ordo suaderet , ut qui sua à successoribus desiderat mandata servari , prædecessoris sui proculdubio voluntatem & Statuta custodiat . c. Justitia 15. caus. 25. quest. 1. Philipp. Usus Pract. lib. I. tit. 2. Ecclog. 16. Quapropter etiam omnia hujusmodi Statuum Privilegia confirmata sunt in Recess. Imp. Noviss. de Anno 1654. §. 123. (2) respectu eorum quibus Privilegium de Non-Appellando concessum . Hi autem cum sint vel Magistratus vel Cives , illis ad conservationem & augmentum authoritatis atque jurisdictionis ; his vero ad celeriorem juris & justitiae impetrationem , & ad parcendum impensis , ne scilicet , ut interdum fieri solet , impensæ litis ipsam item superent , prodest . (3) ratione eorum contra quos est datum , qui omnes omnino coram Senatu Hamburgensem litigantes sunt , quod nimis indistincte & sine respectu obligentur Vid. sup. cap. 2. §. 6. & quidem metu peccati , quæ pro diversitate circumstanciarum diversa est . Aut enim Committendo quis violavit Privilegium , puta , appellando ad Cameram in causa summa appellabilem minime attingente , & tunc ea nonsolum pro non interposita habenda , sententiaque executioni nihilominus mandanda , sed & à Camera forte fortuna recepta , una cum omnibus à Camera Imperiali ad hæc mandatis vel ordinatis nullius effectus erit per verb. pag. 403. So setzen ordnen und wollen wir / das soches der obgemeldten unjere beguadung und Freiheit unmachtheilig und unabzuehig / auch dieselben appellation , Reduktion oder Supplication , und was darauf gehandelt und surgenommen wird / ganz kraflos / nichtig / und von unwurden sein soll / das wir auch alles und jedes / von obveruhter unsrer Kaiserlichen macht dollz kommenheit jetzt als dann / und dari als jetzt untanglich und von unwurden erkennen / erklären / aufheben / vernichten und cassiren . Et appellans sexaginta marcarum auri poena insuper plectendus , aut Omitendo , scil. in Privilegium commisit , non praestando forte , in casu appellationis licet , necessario praestanda , puta , juramentum malitia , vel cautionem debitam ; & tum Magistratus , non obstante Appellatione interposita , sententiam suam executioni mandare potest , appellatioque istiusmodi deserta pronuncianda , in verb. pag. 405. auch dieselbe appellation ,

lation, Supplication oder Reduction darüber in unsre oder unsrer Nachkommen am Reich Cammergericht oder andern Gerichten wie die zu zeiten genand wurden / in Recht nicht aufgenommen zugelassen / noch darauf geurtheilt werden in keine weise / dan wir die jetzt als dan / und dan als jetzt hiemet gäntzlich vernichten / wiederrussen / und kraftlos etliemmen. Ceterum praetito hoc ab Appellante juramento calumniae , de perjurio postea quæstionem institui posse negat. *Cletzel. tr. de Appell. cap. iv. num. 71.* cum quo etiam facit *Rulandus de Commiss.* P. 4. lib. 8. cap. 13. num. 20. Quod quidem minus dubii habet iu- ramento voluntario & judiciali , quod à parte parti desertur , ideoque speciem transactionis in se continet. l. 31. ff. de Jurejur. & propterea majorem autoritatem quam res judicata habet per l. 2. ff. eod. Sibi enim tum quis imputare debet , quod adversarium in sua causa judicem constituerit deserendo ipsi juramentum. *Carpolov. Process. iii. xi. Art. 7.* §. 4. aliud verò de juramento calumniae fortasse dicendum , quia hoc non à parte , sed à judice , desertur , & propterea supra dictæ ratio- nes hic non inveniunt locum. Ideoque nihil obstat video , quare quæ- stio de perjurio contra temere appellantem atque adeò etiam pejerantem quandoque institui non possit.

§. II. Effectus hujus Privilegii eo quoque ob identitatis rationem , ab intentione & fine Privilegii maximè desumitam , porrigitur , ut nec Supplicatio nec Reductio ad Cameram vel Aulicum Judicium locum habeat. in verb. pag. 403. nicht appelliren , Suppliciren noch Reduciren &c. quæ verba semper in Privilegio nostro conjunguntur. Ne tamen Ham- burgensium Cives præ aliis aliorum territoriorum subditis deterioris sint conditionis , dum Beneficio secundæ Instantiæ destituantur ; cum econtrariò , in Electoratu Saxonie , ex quo itidem ad Cameram Imperii nulla admittitur Appellatio , supremum ab Electore ad hoc constitutum Dresdæ habetur Appellationum Judicium ; quin & Schriftsallis vice- appellatio seu Oberleuteratio conceditur , Hamburgi quoque Analogum aliquod Appellationis habetur , Revisio nimirum , Supplicatio , vel A- vocatio causarum à Senatus superiore ordine impetrandæ . Pariter ferè uti in Republica Noribengensi , quæ itidem Privilegio de Non-Appel- lando ad Cameram , intra sexcentorum Imperialium summam gaudet , ob- servatur , quo de ita *Dn. Job. Paul. Felwinger in tract. de Magistratu* §. 70. p. m. 73. loquitur : Aliud porro est judicium ex meris , & qui- dem numero sex Senatoribus , & duobus Primariis & Cesis , sive Consiliariis

constans Judicium nempe Appellationis (Das appellations gericht) quod
 in causa prima instantia coram subsequentibus inferioribus dijudicatis, eoque
 per modum Appellationis de voluntate cognoscit. Id quod vi privilegii Cæsarei
 nuper extensi ad summam usque florenor. 900. sive sexcentorum Imperialium
 est inappellabile. Si causa hanc summam excedit, inde ad Tribunalia Im-
 perii summa, vel Cameram Spirensim, vel Judicium Cæsareum Aulicum,
 ultima instantia appellari potest. Effectus quoque in eo consistit, ut ipso
 Jure, de facto interpositas ad Cameram & Aulicum Cæsar's Judicium,
 Appellationes reddat nullas. in verb. pag. 403. & seq. und ob darüber
 von einem oder mehr / von einem Urtheil / das nicht über sechshun-
 dert Gulden Heinisch in Gold / wie obstehtet / betreffe / welcher gestalt
 und von wem das geschehe / Appellirt, Supplicirt oder Reducirt, oder
 derselben Appellation, Reduction oder Supplication ein oder mehr von
 unsern Kaiserlichen Hof- oder Hammer-Gericht / oder andern gerich-
 ten aus Unwissenheit oder Vergessenheit angenommen wurde / so setzen
 ordnen und wollen wir / das solches der obgemeldten unsrer begna-
 dung und Freiheit unmachlich und unabzuheben / auch dieselben Ap-
 pellation, Reduction oder Supplication, und was darauf gehandelt und
 surgenommen wird / ganz Kraftlos / nichtig / und von unworden sein
 soll / das wir auch alles und jedes von obberührter unsrer Kaiserli-
 chen macht vollkommenheit jetzt als dan / und dan als jetzt unaug-
 lich und von unworden erkennen / erklären / aufheben / vernichten und
 cassiren, und die obgemeldten Burgermeister und Räht der Stadt Ham-
 burg und ihre Nachkommen / unangesehen des alles / sich obberührter
 unsrer Freiheit und begnadung gebrauchen und macht und gewalt ha-
 ben sollen und mögen / solch Urtheil / die also 600. Gulden Heinisch
 in Gold / oder darunter betreffen / zu vollziehen / und ferner / wie sich
 nach rechtlicher ordnung und ihrer Stadt loblichen gebrauch gebuhrt/
 zu handeln / von allermeiniglichen unverhindert. An autem sufficiat in
 scriptis tali casu allegasse exceptionem Privilegii, atque sic incompetentis
 fori; an vero citatus comparere; idque probare & demonstrare teneatur,
 de eo nunc merito queritur? & Resp. quod regulariter non sufficiat,
 exceptionem fori declinatoriam in scriptis allegasse, sed comparere debeat
 citatus, & oretenus exceptionem in judicio proferre, ne judicis autho-
 ritatem contempnere videatur per l. si quis ex aliena s. ff. de Judiciis.
 Contrarium tamen de Privilegio Saxonico statuit Carpzov. in sapientia al-
 legata disput. de Non-Appellando pos. 62. num. 18. & legg. Et nos
 cum ipso, ob paritatem rationis, de Hamburgensi hoc nostro idem as-
 serimus. Supponimus autem hoc loco non minus, ac ipse Carpzovius,
 notoriam & evidenter esse incompetentiam, ut puta, si statim ex in-
 spectione

specione Actorum, libelli, aut sententia appareat, summam litis minime esse appellabilem. Quia enim Hamburgesium æquè ac Electoris Saxonie de Non-Appellando Privilgium Cameræ totique Imperio notum, imo notorium est, omniaque hujusmodi de Non-Appellando Privilicia tam absoluta quam restricta peculiari tabulae inscripta memoria causa in Camera habentur, quam & renovari ob id in Noviss. Imp. Recess. de anno 1654. §. IIII. Imperator Ferdinandus præcepit, nulla profecta ratio exigere videtur, ut quæ jam jam notoria sunt, allegentur & probentur. Clem. Pastoralis de sent. & re judicata. Gail. lib. I. Obs. 31. n. 4. & Obs. 39. n. 3. it. Obs. 77. n. 8. Sin dubia adhuc & incerta litis quantitas sit, veluti si ad interesse, aut injuriarum agatur, tunc tantum abest, ut excusatione absentiae opus habeat, ut potius, ob incertum litis eventum, appellationi locus non detur sed coram Senatu litis determinatio & finis expectandus sit. Conf. sepr. cap. 3. §. 4.

C A P. VII.

De Affinibus.

§. I. **P**rivilegio Hamburgensium de Non-Appellando affinia sunt (1) Jus de Non-Evocando, Hamburgensis non minus, quam aliis Imperii statibus Competens; quo quis alterius Magistratus subditos ad suum Tribunal trahere prohibetur: quod in hoc maxime convenit cum Privilégio nostro, dum scilicet eo tendere videtur, ne subditi magnis sumptibus vexentur; quod certo certius fieret, si eos ad quodvis Tribunal evocare licet; & ut potius coram suo quam alieno convenientur Magistratu. Imo ex Privilégio de Non-Appellando firmiter infertur ad jus Non-Evocandi Carpzov. d. Disp. de Non-Appellando pos. 23. Differunt tamen etiam in quamplurimis (1) quod instantias attinet: sic jus de Non-Evocando primam, Privilégium vero de Non-Appellando secundam concernit instantiam. Carpzov. d. I. pos. 22. (2) quod jus Non-Evocandi sit absolutum, unico saltim casu excepto sc. fractæ pacis publicæ Carpzov. d. I. pos. 27. n. 40. Privilégium autem de Non-Appellando restrictum (3) quod evocatio fiat à superiore s. Magistratu; Appellatio vero à pari s. à parte litigante & his similibus.

Quamvis *Just.* Zinzerling, illud cum Privilegio de Non-Appellando ita confundat, quod pro uno eodemque venditet in *dissert.* de *appell.* *concl.* 70. quod nec displicere videtur. *Job.* *Limmee lib.* 3. *de Jus. Publ.* 6. 2. n. 68. & *cap.* 10. n. 37. Qui tamen ex supra dictis facile refutantur. Distinguit etiam hec jura, ac seu diversa ab invicem ponit ipsa *Aurea Bulla* tit. 11. nam primo ibidem agit de jure Non-Evocandi, posteaque demum in §. una ordnen &c. Privilegium de Non-Appellando subjungit. *Dom.* *Aurum.* *discurs.* 5. *ad Aur.* *Bull.* *Concl.* 11. & 13. Hoc jus de Non-Evocando Status Imperii hodiè non jure Privilegii ab Imperatore concessi, sed potius jure proprio vi territorialis jurisdictionis possident. *Carpzov.* d. 1. pos. 26. *Reink.* *de R. S. & E.* lib. 1. *Clas.* V. *cap.* 7. n. 22. & 35. adeò ut nec Imperator ipse sibi evocandi facultatem in subditos Statuum Imperii arrogare possit, quia juri huic renunciat, eo ipso, dum juramento Capitulationem, Jura & Privilegia Imperii & Statuum continentem, confirmat. Quicquid igitur ex jure Civili in contrarium profertur, infringere renunciationem specialem minimè poterit. *Carpzov.* d. 1. pos. 26. sunt equidem qui existimant, exceptionem esse in Criminalibus si verb. gr. Civis aliquis Hamburg. in territorio alieno quandam interficerit, vel aliud aliquod delictum perpetraverit; quia delinquens forum sortitur in loco, in quo crimen est commissum, licet alibi domicilium habeat l. 3. ff. *de Off. Praef.* l. sic cui crimen 7. §. pen. & l. alt. ff. *de accus.* l. 7. ff. *de custod.* reor. l. 1. & auth. qua in provincia. C. ubi *de Crim.* agi oport. *Tiber.* *Decian.* lib. 4. *pract.* *crimin.* *cap.* 7. *num.* 1. *Job.* *Zanger.* *de Except.* *part.* 2. *cap.* 1. n. 221. *Andr.* *Rauchb.* *part.* 1. *quest.* 50. *num.* 9. & 10. quod quidem concedimus, si delinquens in loco delicti deprehendatur l. i. C. ubi *de Crim.* ubi nec evocatione opus est, sed statim captivari potest delinquens. Si vero aufugerit & in locum domicilii jam pervenerit, haud quanquam exinde ea propter evocandus est. per verba *Auree Bullae* in tit. 11. ibi von *weswegen das were / geistlich oder weltlich / burgerlich oder peinliche Klage / quibus jus Non-Evocandi alterius Status subditos, ad causas etiam Criminales, manifestè extenditur.* Quod hodie eo minus dubii habet, postquam remissiones delinquentium ubivis ferè locorum in defuetudinem abierunt. *Math.* *Wesenb.* *in Permit.* ff. *de accus.* *num.* 8. *Modest.* *Pistor.* vol. 1. *Cons.* 29. *num.* 6. & 7. *Herm.* *Vult.* lib. 2. *Jurispr.* *Rom.* *cap.* 1. *num.* 43. *Andr.* *Rauchb.* *part.* 1. *quest.* 50. *num.* 25. II. Privilegium de Non-Suplicando: est autem Supplicatio querelae ius qui

qui ab eo, à quo alias vel propter ejus excellentiam l. 5. & anib. seq.
C. de precib. Imper. offer. l. un. C. de sent. Praefect. vel propter Statutum
 Provincie, aut rescriptum Principis, vel in totum, vel intra certam dunt
 taxat summam, appellare nequit, se gravatum queritur, & sententiam
 vel ab eodem qui eam dixit, vel ejus superiori retractari petit. Hæc
 Supplicatio est remedium maximè appellationi conveniens, eundem
 que serè effectum cum ea habens, unde à quo judice licet appellare,
 ab eo non datur supplicatio; & contra, ubi licet supplicare ab aliquo
 judice, ibi non licet appellare. Hinc adversus sententiam à Praefecto
Praetorio latam supplicare licet l. un. C. de sent. Praef. Praet. Myx-
sing. cent. 4. Obs. 68. Carpz. d. Disp. pos. 66. n. 44. In multo tamen ab
 Appellatione etiam differt; & quidem: (1) Appellatio est remedium juris
 communis l. 1. ff. de *Appell.* Supplicatio vero ex gratia & benignitate
 tanquam ultimum refugium conceditur. *anib. que supplicatio C. de pre-*
cib. Imper. offerend. cap. ex literis x. de in integr. resti. (2) Appellatio
 est remedium ordinarium: Supplicatio extraordinarium (3) in Crimina-
 libus appellare quandoque licet; supplicare non (4) Appellatio regulari-
 ter suspendit, executionem judicati; Supplicatio non item, & sic porro
 de quibus & pluribus differentiis *Vid. Colleg. Jur. Argent. ad tit. de*
Appell. tb. 17. Quod autem supra diximus de Supplicatione, ut ibi li-
 ceat supplicare, ubi appellare prohibitum, id limitationem recipit ex Pri-
 vilegio nostro, ubi tam Appellatio quam Supplicatio infra certam sum-
 mam est prohibita *in verb. pag. 403.* nicht appelliren, suppliciren, noch
 reduciren, solle noch mogt in lieine wiese. Huic Privilegio quoque non
 absimile est III. Jus supremo cujusque Regni aut Republicæ absoluto Do-
 mino competens, vi cuius omnis cessat provocatio; cum enim in ter-
 ris superiorem non recognoscant, nec Appellationi locus esse poterit. In
 eo tamen differunt: quod illud jure proprio, hoc non nisi ex conce-
 sione superioris competat. Unde cum Imperator mundi Dominus sit
l. 9. ff. ad Leg. Rhod. extra omne dubium erit, quod appellari ab eo
 nequeat l. 1. §. 1. de *Appell.* Et quanquam Pontificii Papam in Ec-
 clesiasticis pro Superiore appellando, haberi velint *per cap. 10. x. de For.*
Comp. dudum tamen illorum objectionibus satisfecit *Liebenthal. in Col-*
leg. Pol. Exerc. 7. q. 3. quin & talem appellantem, ut contemptorem
 Jurisdictionis Imperialis, centum maricis auri multari d. l. probatum
 dedit. Imo & Conradum Regem Romanorum Trajectenses, quod à

se ad Pontificem provocassent, pro Reis Majestatis habuisse ex Ottone Fribing. resp. Carpzov. d. disp. de Non-Appellando c. 1. pos. 10. n. 26. Nec plane abludit ab hoc Privilegio IV. Jus de Non-Appellando ad Cameram, nonnullis Statibus Imperii ex conventione indultuque Imperatorio competens, vi cuius ab uno Statuum Imperii ad alium, atque sic ad parem seposito Imperatoris vel Cameræ judicio, cuius aliquot exempla adducit Carpzov. d. disp. pos. 13. num. 48. & seqq. Nostrum tamen Privilegium in eo longè præ illo pinguis est, quod non alium, sed ipsum Senatum Hamburgensem Judicem constituat. Sic cum Juramento quoque Appellationis ferè coincidit Juramentum Revisionis, quod ii præstare tenentur, qui Revisionem Actorum petierunt, quod non protelandi animo, sed ex necessitate causæ eam desiderent quo de Vid. Recess. Noviss. de anno 1654. s. in fällen 125. nisi quod illud in Revisione, hoc verò in Appellacionibus exigatur.

C A P. V I I I.

Contraria.

§. I. **C**essat Privilegium nostrum de Non-Appellando (1) si summa litis sexcentorum scilicet florenorum quantitatem vel minimo excederit; non autem si saltim æquet, uti supra Cap. IV. §. 3. diximus (2) si suspectus sit Magistratus: nam questio suspecti nunquam censetur sublata, arg. c. accedens. i. et lice non contest. Summotis etiam omnibus exceptionibus Carol. de Crass. except. 24. super stat. exclud. omn. except. Nec Civilis tantum sed & Divini Juris ratio exigit ut lites à non suspectis judicibus decidantur Job. Bapt. Marschallius Commiss. 3. num. 46. cum seqq. P. 1. c. quod suspecti. 3. q. 5. Luc de Penn. 1. facultas. n. 10. & 12. C. de Jure Fisci. lib. 10 Menob. de Arbit. causa 152. lib. 2. quam periculosum enim sit item movere sub judice suspecto constat ex l. apertissimi 16. C. de Judic. tristissimosque eventus inde sequi solere satis edocet Graverta Consil. 152. num. 25. Tiquidem tales questum pietati ducunt, & pecuniam veluti mercedem prudentiae depositum c. accusatores vel testes. 3. q. 5. hinc recusationis questionem tolli non posse concludunt DD. Luc. de Penn. 1. curialib. num. 1. C. de Decuriorib. lib. 10. Schrader

Schrader de feud. Tom. 2. part. 10. sect. 3. num. 90. Vid. Andr. Knich. de Sax. non prov. iur. verb. litis provocat. nesc. cap. 2. pr. quæ autem cause illæ sint ob quas repudiari ut suspectus Magistratus vel Judex possit, pluribus deducit Struv. Exerc. 9. ib. 11. Non tamen sufficit allegasse quod suspectus judex videatur, sed probetur quoque causa illius necesse est, cum judex alias præsumptionem boni viri pro se habeat, l. fin. Cod. de Except. l. 4. C. de Jurisd. Ludov. Gilbanzen in Arbor. Jud. Civ. c. 5. ram. 10. n. 2. & 78. nisi deficiente alia probatione, juramento perhorrescentia id obtinere velit. Vid. Gerb. Feltmann. tr. de Jur. Perhorresc. c. 2. n. 25. & 26. p. 10.

§. II. (3) In casu denegatæ vel protractæ justitiæ. Privilegia enim hujusmodi, semper optimè ab illo Magistratu, à quo appellare est prohibitum, justitiam administrari præsupponunt, imo requirunt, utpote idèo inventa & indulta, ut si qua per inferioris judicis sententiam aliquid minus juste sit determinatum, superior privilegiatus in melius id reformare possit. Si igitur justitia protrahatur vel plane denegetur, cessabit utique Privilegium, quod ad casum hunc insolitum & non expressum extendi non debet, quia tantum disponit quantum loquitur, & non ultrà ut in simili dicit Bald. in l. Testamenta in f. C. de testam. Rel. à Valle lib. 4. Conf. 68. num. 19. Carpzov. sapius d. disput. de Non-Appellando pos. 63. num. 25. & seq. Requiritur tamen & hic ante omnia ut denegatio justitiæ demonstretur, vel per testes vel per documenta aut etiam quandoque per juramentum, trinamque requisitionem Judicis s. implorationem præviam exigit Dn. Joh Georg. Nicolai in Process. Jur. Part. 2. c. 13. num. 15. p. m. 126. & 127. Neque tamen idcirco statim Appellatio à Camera recipitur, sed, querelâ ea propter apud Cameram interpositâ, Promotoriales prius decernuntur; ita enim Gerhard. Feltmann. de Juram. Perhorresc. c. 16. n. 17. p. 78. Juvabit & id meminisse, inquit, quod si querela sit facta contra eas Principes, à quibus non appellatur, Cameram Spivensem non illico solere ad se trahare liuis principalis cognitionem, sed eam prius decernere Promotoriales, ut intra mensis Ipatium justitia administretur. Ord. Cam. Spir. P. 2. tit. 28. §. 2. iunct. Ord. Cam. d. anno 1500. art. 13. sic dicti à promovendo vulgo, quia promovent, i. e. maturant retardatam justitiae administrationem, ut scribit. Job. Blum. Proc. Camer. T. 37. n. 21. Posteaque demum si adhuc justitia non administretur, causæ illius cognitionem ad se jure Camera pertraghet. Feltmann. & Nicolai l. c.

§. III. Hic porro quæritur? An subditi renunciare huic Privilégio possint? quod primo quidem intuitu affirmandum videtur: cum quilibet juri & favori pro se introducto renunciare possit *l. pen. C. de Patis.* Sed rectius Negatur; (1) enim non tam Civibus Hamburgensibus quam ipsi Magistratui ob benè merita hoc Privilégium concessum est; uti appareat *ex verb. pag. 402.* daß haben wirt angesehen solehe ihre zimliche bitte / auch die getreue dienste so ihre bordern weiland unsern Vorfahren am Reich / omischen Kapsen und Königlichen loblicher Gedächtnis / und dem heiligen Reich oft williglich gethan / und uns und den Heiligen Reich / hinsucho wol thun mögen / und sollen / und darum uns wohlbetrachteten Muhte / guten Kraft und rechten wissen / den geweihten Burgermeistern und Räht der Stadt Hamburg / diese besondere gnade gethan / und Freiheit gegeben. Jura autem non permitunt, Legibus ac Constitutionibus renunciare, quæ non solius renunciantis, se etiam tertii favorem & utilitatem publicam respiciunt *arg. l. ult. C. de Patis ubi Jason & DD. l. 55. ff. de Legat. 1.* (2) hoc Privilégium verbis prohibitivis est conceptum, annexa simul ei clausula Cassatoria *in verb. pag. 403.* auch dieselbe appellation, reduction oder supplication, und was darauf gehandelt und furgenomen wird / ganz kraftlos / nichtig / und von unwürden sein soll. Quo casu renunciationem cessare tradunt. *Gloss. in cap. Statuam in pr. verb. committatur extr. de rescriptis in 6. & in l. 58. ff. de Ritu Nupt. Jason. in l. pen. n. 16. C. de Paß. Bald. in l. ult. C. de Edict. Div. Hadri. tollend.* Huc (3) etiam faciunt verba Privilégii *pag. 403. in pr.* nicht appelliren, suppliciren, noch reduciren solle noch möge in keine weise. Si ergo nullatenus permitta est appellatio, utique nec tum obtinebit, quando fuerit renuntiatum Privilégio à subditis; nam dictio universalis negativa omnes includit casus, *Bursat. Consil. 16. num. 48. Surd. decif. 265. num. 30.*

§. IV. Proxima ab hac quæstio est; An in causa Nullitatis cœset nostrum de Non-Appellando Privilégium? quam licet multi DD. affirment, inter quos imprimis Gail. lib. 1. Obs. 135. Reink. de R. S. & lib. 1. Class. 5. cap. 7. n. 42. Melch. Gold. tom. 1. Conf. Imper. fol. 100. Contrarium tamen verius esse, patebit (1) ex tenore Privilégii nostri, quo nec appellatio, nec reductio, nec supplicatio aliave provocatio ullo modo admittitur, nich appelliren, suppliciren, noch reduciren solle noch möge in keine weise; quæ verba posteriora (nullatenus, nullo modo, nequaquam, penitus) ejus habentur efficacie, ut, quia sunt univer-

saliter

saliter negativa; comprehendant ea, quæ alioqui non comprehendentur, *Magon.* *decis.* 38. *n.* 10. *Hieron.* à *Laurent.* *decis.* 78. *num.* 11. *Simon de Praef.* de *interpret.* *Vlt.* *Volunt.* *lib.* 2. *interp.* 3. *dub.* 2 *num.* 12. & seqq. Quid ni ergo iisdem etiam deductio nullitatis esset notata? idque (2) eo magis, quo renunciatio generalis fuerit annexa speciali quorundam remediiorum renunciationi, ex qua tanto fortior habetur, ita ut reliqua omnia includat: uti in simili habet *Carpov.* *P.* 2. *C.* 17. *def.* 2. (3) Et quis non animadvertisit, si pri vocatio admitteretur nullitatis pallio tecta, fraudem esse adinventam privilegio, cum quivis, *jus Appellandi* sibi haud concessum animadvertisens, nullitatis deductio nem prætendere posset: atqui Privilegium, ex gratia singulari à Principe indultum haud illusorium esse debet, & si civitas exir. de fement. excomm. in 6. sicuti nec alia quævis dispositio effectu suo defraudanda *Petr. Pec.* de *testam.* *Conjig.* *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 2. *Jac. Menoch.* *conf.* 392. *num.* 10. *Surd.* *conf.* 125. *n.* 8. *Vid. omnino Andr. Trich. de Saxou.* non prov. jur. verb. litis provoc. nesc. c. 1. *num.* 100. & seqq. usque ad finem, ubi multis hanc sententiam defendit in favorem Domus Saxonice.

§. V. Ut ut autem alias naturali rationi non inconveniens sit, ut eo, quo quid constitutum sit, modo rursus dissolvatur *I.* 35. ff. de *R. J.* Imperator tamen, licet Privilegium hoc concederit Hamburgensibus, auferre nequit, siquidem Privilegia ob bene merita induita, quale hoc nostrum est, revocari minimè possunt. *Roman. Confil.* 436. *Alexand.* *lib.* 4. *Conf.* 50. *Nicol. Rensn.* *lib.* 1. *Conf.* 1. *num.* 5. *Menoch. Confil.* 2. *n.* 13. *Besold.* *P.* 1. *Confil.* 7. *n.* 104. *Bald.* in *I.* cum milit. ff. de dolo. *Arnold.* de *Reig.* in *Thesaur.* *Jur.* sub voce *Privilegium* *n.* 38. *D. Richter.* *Decis.* 4. *num.* fin. Ne quidem sub prætextu abusus vel ingratitudinis, *Schrader apud Borcholt.* *P.* 2. *Confil.* 16. §. similiter, ibique allegati. Nec si merita & servitia iisdem exactè non respondeant, cum defectum meritorum, Principis supplet liberalitas. Hujusmodi enim Privilegium transit in contractum, cum ob causam, merita scil. datum sit. *Bartol.* in *I.* 2. *num.* 6. ff. de *jur. immun.* *Bald.* in *I.* qui se patris. *n.* 34. *C. und.* liber. *Carol. Tapia* in *I.* ult. *P.* 1. c. 9. *num.* 1. ff. de *Const. Prince.* Natum autem est contractus habere præstationis necessitatem etiam in persona summi Principis *Theod. Reink.* de *R. S. & E.* *lib.* 1. *Class.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. *Gail.* *lib.* 2. *Obs.* 55. *n.* 7. Licet namque Princeps non ligetur, lege Legis, ligatur tamen lege Conventionis veræ vel quali

Reink. d. l. num. 10. alias sane nemo reperiretur qui cum Principe contracturus esset. *Carpzov. Decis. 87. n. 9.* & in tract. de Lege Regia cap. 3. sect. 14. n. 15. *Bald. in l. 1. ff. de Const. Princip. & in l. Principes ff. de Legib.* utitur enim Princeps in Contractibus jure communi & ad instar privati utitur, adeo ut ex plenitudine potestatis, ab iis discedere nequeat.

A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 22. def. 12. num. 1. *Decian. Consil. 35. num. 1.* *Dom. Cardinal. Tusch. tom. 6. lit. P. Concl. 690.* Quis autem ambigere vellet Privilegium de Non-Appellando Hamburgensibus ob bene merita & sic ex conventione esse indultum, cum expressa hac de re existent verba pag. 402. des haben wier / angesehen solche ihre demutige zim- liche bitte / auch die getreuen dienste / so ihre vordere / weiland unsern Vorfahren am Reich / Romischen Kapfern und Kronigen loblicher ges- dachtnis / und dem Heiligen Reich oft williglich gethan / und uns und dem Heiligen Reich hinsuhero wol thun mogen / und sollen. Quin etsi nuda gratia Imperatorem ad hoc impulisset, multò tamen verecundiis, & Majestate ejus esset dignius, Privilegium ita semel concessum, sine causa non revocare p. tradita Nicol. Reusner. lib. 1. consil. 1. n. 177. Quia vel sola mutatio voluntatis in supremo Principe videtur indigna ejus Majestate. *Anton. Fab. in Consil. de Discat. Monsiferr. part. 1. fol. 11.*

§. VI. Quemadmodum verò Imperator nemini atque adeo nec Hamburgensibus directò sua auferre potest Privilegia, ita nec per indirectum, concedendo nimirum in præjudicium eorum speciale alicui de Appellando ad Cameram Privilegium, derogare huic Privilegio quicquam poterit. Quia (1) parum specialis habet efficaciam Privilegium de Appellando, eoque minus, quo propius accedit ad jus Appellandi omnibus populis commune, perinde ac ipsa defensio, c. 5. insin. extre- de except. c. 61. extr. de appell. ut ergo jus commune cedit Privilegio l. 1. §. 2. & l. 3. ff. de Const. Princip. l. 18. ff. de LL. ita etiam gene- rale indultum speciali Principis concessioni. Cumque (2) jam du- dum à Carolo V. Imperatore Privilegium de Non-Appellando fuerit concesso, antiquius est omnibus indulto posteriori, quo Cæsarea Majestas Privilegio anteriori derogare nequit, quia Principum conce- ssiones semper sunt intelligendæ (salvo jure tertii) Jason in l. quo minus num. 11. ff. de flum. Octav. Cacheran. decis. 90. num. 11. Herm. vult. 3. Consil. Marpurg. 35. n. 160. (3) Nec potest tueri se Privilegio, qui in alieno litigat foro, quo ipso ordinationi judicis illius se submit- tit,

tit, & quasi contrahendo juri suo renunciat; l. 3. §. idem scribit ff. de Pecunia. Surd. decis. 13. num. 67. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. lit. provoc. nec. cap. 3. num. 13.

§. VII. Coeterum num non-usu amittatur & præscribatur hujusmodi Privilegium supra jam jam Cap. 1. §. 6. & Cap. 2. §. 3. fufius deductum est, quo brevitatis studio L. B. remissum volo. Colophonem huic capiti, totique simul disputationi imponat illa Quæstio: An in puncto competentiæ vel incompetentiæ Judicii Hamburgensis Privilium de Non-Appellando cesseret? & dicendum utique quod sic; nec Privilium de Non-Appellando ad casum competentiæ se extendit: uti in simili decidit Carpzov. *Disput. de Non-Appellando.* pos. 64. quia præjudicialis hæc quæstio est, nondumque fundata Magistratus illius in tali causa jurisdictione est, quod tamen vel maxime adhoc Privilium requiritur. arg. l. fin. ff. de Jurisd. adeoque in dubio potius pro jure Communi pronunciandum, quamdiu exemptione nondum probata arg. l. §. ff. de Judic. l. 32. C. de Appell.

COROLLARIA.

I.

Qui ad navem reficiendam pecuniam credidit, habet hypothecam cum personali privilegio.

II.

Maritus res dotales mobiles alienare potest,

test, etiam quæ servando servari pos-
sunt.

III.

*Evictio non præstatur in donatione sim-
plici.*

IV.

*Fiscus habet hypothecam cum jure prælatio-
nis.*

V.

*Litis contestatio aliter quam negativè fieri non
potest.*

